
NAZIONALE
VITT. EMANUELE
BIBLIOTECA
12
28 B
7

DE PRIMIS PRINCIPIIS VNIVERSAM Logicam constituentibus quæstiones dilucidatæ, omnibus Logicam profitentibus scitu quàm maximè necessariæ.

Auctore Io. Ludouico Chartario Bononiensi Philosopho Clarissimo, ac in celeberrimo Gymnasio Bonon. Philosophiam ordin. vespertinam Edocente.

Ad perillust. admodumq; Reuer. D. Com. Nicolaum Calderinũ.



BONONIAE, Apud Io. Rossium. MDLXXXVII.

Curiæ Archiepisc. & S. Inquisit. concessu.



PER ILLVSTRI, AC
Admodum Reueren. Comiti
D. Nicolao Calderino
Eccleſiæ Metropolit. Bononnien.
Canonico Digniſsimo.

Ioannes Ludouicus Chartarius.
S. P. D.









VAM duram ſuſcipiant prouintiam ij, Per Illuſtriſ, ac Admodum Reuerēde Comes, qui aliquid, in quo per multos annos elaborauerint, in apertum proferre volunt, facilè ex eo intelligi poteſt, quod ſatis omnibus facere debent; id autem factu difficile, immo potius impoſsibile videtur. Tan

ea si quidem est hominum sententiarum dissimilitudo, vt quod vni arridet, alteri minimè placere possit. Huc maius accedit malum, maledici, & obtrectatores, quibus nihil antiquius est, quàm aliena, in quæ inuehantur deligere. Nihil porrò est, quod maledictis, ac obtrectationibus magis, quàm scripta vexentur; quippe quæ ad manus ferè omnium sint per ventura, & quisque de eis sententiam suã dicere velit. Si nuper inuenta, atquè excogitata, & non nihil à veterum ratione dissentientia, negliguntur, & respuuntur; habemus, inquiunt, meliora, à quibus ne transuersum quidem vnguem discedere auderẽt. Quòd si veteribus consentanea fuerint, res ad deterius deducitur; super uacanea enim existimantur. Nec animad uertunt isti diem, & aliam hominibus viuendi, simulquè discendi rationem afferre. At verò si vetera, tamquam nimium remota, atq; nostris studijs aliena, minus sunt nobis accomodata, non nè & alia, alia ratione tradita comparanda sunt, quibus commodè vti possimus? Et

si quæ

si quæ à multis fusè disputata fuerint, nō nè commodi maioris gratia in vnum articulatim colligenda, & distinctè digerenda sunt? Postremò imperfecta, ac perperam perscripta, non nè sunt perficienda, atq; corrigenda? nos, sequè met ipsos, & venturos nepotes, homines esse negarent; cum nobis, eisq; viam ad indagandā veritatem interclusam esse opinentur. At qui veritas, cum in profundo demersa sit, & in occulto lateat, fieri non potest, vt aut à veteribus, aut à nobis omnis obtineatur; proindè rectè dictum fuit eā tēporis esse filiam; propterea quòd tempore paulatim detegitur, atq; illustratur. Igitur ijs de causis, quas prius commemoraui, nunquàm animum inducere potui, vt aliquam ex meis lucubrationibus prodire sinerē, cum semel expertus fuerim quàm isti maledico dente rodant, & conuicijs carpant. Verum cū à plerisq; summæ auctoritatis, ac maximæ eruditionis viris nobis dictū esset, nostra à multis magni æstimari, mihi datum auribus, ita vt sit, arbitrabar: tam etsi non essem

nescius nostra quæ essent quo ordine tra di. At cum sępius id re ipsa cognouissem, quę iam edidimus à non nullis anxiè cō quiri, mihi sententiam mutandam, & cō muni vtilitati rationem ducendam existimaui; obtrectatores, & inuidi disrumpātur. Itaquè cum iam pridem animaduertissem, præludia quæ in Logica fieri solēt à multis esse conscripta, non tamen ex ordine omnia simul fuisse collocata, operepretium fore censui, si et omnia non mediocri labore à me expolita in vnū simul congessissem, quàm plurimis ex meis additis, atquè si Logicæ facultatis studiosis fruenda proposuissem. Hoc autem eo libentius efficiendum suscepi, quod cum te iam dudum ob tuam ęgregiam virtutem, & singularem integritatem vehementer obseruauerim; idquè adhuc patefacere non potuerim, huiuscemodi occasionem, ad hāc rem per accomodatā mihi à Deo oblatam esse existimaui. Sed nequè me latet multos Ducibus, aut Regibus, aut summis Antistibus sua monumenta dicare: nam & equidem illud spectaui. Etenim

nim tu, Per illustris, ac Admodum Reuerēde Comes Nicolae, prò Rege, prò Duce, summoq; Antistite mihi fueris; nec profectò immeritò; vt potè qui ea animi præstantia præditus es, vt quodcunque Regnum, & quamcunque Rempublicam rectè administrare posses. Eò accedit, quòd è Domo Caldemineroрū ortus es, quæ inter alias nobilitate præstat; in qua semper præstantissimi in omni virtutum genere Viri floruerunt, quos omnes si ad vnum commemorarem, & quàm sapientissimè, & honestissimè vixerint, longiùs laberetur oratio; præsertim cum in præsentia id non sit mei consilij: nam si hoc statuissem, ad te potissimum omnē meā orationem conuerterem. Ex te si quidem, tuisq; laudibus egregium sanè argumentum ad dicendum haberem. Equidem dicerem, & facilè, ac libenter dicerem, qua tu sis animi magnitudine præditus, ac liberalitate ornatus, cum erga omnes, tum erga studiosos, quos incredibili beneuolentia prosequeris, studijsq; ac beneficijs, qualis alter Mœcenas, eos afficis;

Sed vereor nè, cum pauca, & frigidè dixerim, illis potius sim fraudi, quàm ornamento. Itaquè orationis vela contrahā; in aliud tempus opportunius tuas laudes, tuaquè ornamenta reijciens, quorū interim minimè inmemor fuero. Etenim te semper vehementer obseruabo, tuasq; virtutes apud oēs optimè, & honorificè prędicabo. Tu verò munusculū hoc propensæ voluntatis erga te meę nō obscurum argumentum hilari fronte, libentiq; animo capias: quod quamuis perexigum sit; vehementi tamen qua te colo obseruantia munitum, magnificum certè tibi videri debet. Vale, ac diu fęlix viue. Bononiæ. IV. Kal. Iunij. MDLXXXVII.



Augustini

Augustini Benacij Bononiensis Ad Clarissimum Philosophum D. Ioannem Ludouicum Chartarium.

Quas tibi persoluet grates studiosa iuuentus.
Chartari, priscis aequiparande sophis?
Emissum nam vincit opus non splendida tantũ
Verba, sed & grati pectora grata viri.
Caecos accessus penetralia ad ipsa Mineruae
Ante quis ostendit candidiore modo?
Hoc sis contentus. prodes: quod nomen ad alta
Cum celebri aeternum sidera laude vehet.

Ioannis Francisci Boni Oru. Min. Conuen.

Ardua moliris Logicae, nùm candide Lector?
Hic liber haec mira subtilitate docet.
Cuius praecipuè Auctori cognòscere caelum,
Quae niteant caelo sidera cura fuit.
Membraq; naturae diuersa condita forma
Quo volet Orion, Lucifer vndè micet.
At quid te extollam fama super Aethera notũ
Chartari insignis? quid manifesta loquar?
Huc alacres veniant, qđ erat procul, ecce propinquũ
Horrebat saxis, q̃ modo plana via est.

Hic-

Hieronymi Caninij Anglarienſis. Ad Ioannem Ludouicum Chartarium præceptorem ſuum, ac Philoſophum Celeberimum.

Quàm debet greſſurus per loca cæca viator,
Quà pateant aditus neſcius, atq; via:
Quiq; diu, multumq; vagãs, atq; omnia luſtrãs
Attamen infælix inuia cuncta videt;
Hac via mõſtranti, comitem ſe ſeq; ferenti,
Tutum vt per ſalebras tendere poſsit iter:
Tam tibi, Chartari, debet, ſtudioſa iuuentus,
Quæ logicæ oſcuræ lumina prima petit:
Errabunda etenim, cæcaq; ambage morata
Territa veloces indè referre pedes:
Quæ ſalebroſa illi fuerant, tenebriſq; ſepulta
Peruia ſunt ductu, claraq; facta tuo.
Nam facilem curſum tribuis, ſenteſq; recidis:
Ac iuuenes timidos ducis amante manu:
Libera iam logicæ campo decurret aperto;
Atquè omnis fiet docta iuuenta breui.

Τοῦ αὐτοῦ.

Λίβρος Ἀριστοτέλης ἀσαφείᾳ πτοίεε πολλοὺς,
Αὐδήεις πολλοὺς χαρτάριος καλέει.
Ἀμφοτέρω δὲ λίην μοῦναξ θειώ τε, σοφώ τε.
Ἔσσονται ἔνδοξοι γοῦν φάτιν ἀθάνατοι.

Sfor-

Sfortiæ Gandulfi Bonon. ac Clarissimi Philosophi D. Ioannis Ludouici Chartarij discipuli. Disticon ad Lectorem.

Te lector Logicæ torquent ænigmata Sphingis?
En tibi Chartarius prodijt ædipodes.

Eiusdem ad Librum Ode.

NE quæso pudeat lares subire,
Haud vnquàm tibi cognitos, libelle:
Et docta iuuenum manu reuolui:
Vultu suscipit hospitem benigno
Hospes, quem noua nunciare sperat:
Verum qui nihil adferat, repellit.
Tu nodos Logices noua, libelle,
Dissoluis ratione Quæstionum,
Quæ doctis penitus Viris placebunt.
Ergò ne pudeat lares subire,
Haud vnquàm tibi cognitos, libelle:
Et docta iuuenum manu reuolui.

IN-

INDEX
Auctorum quorum dicta amplectun tur, vel confutantur.

Em-

INDEX EORVM QVAE
Principaliter disputantur.

An

¶ An



INDEX

INDEX CONTENTORVM in singulis Lectionibus.

LEC. I.

LEC. II.

LEC. III.

Quid

LEC. IIII.

LEC. V.

Intelle-

LEC. VI.

LEC. VII.

An

LEC. VIII.

LEC. IX.

Con-

LEC. X.

LEC. XI.

LEC.


LEC. XIII.

LEC. IIII.

LEC. XV.



AD SVOS Diſcipulos.



Cce vobis, Diſcipuli ſtudioſiſsimi, atquè amantiſs. vniuerſæ Logicæ Præludia; quæ à me ſæpenumerò tãtopere efflagitaſtis. Quod ſi ante hac veſtro deſiderio morem gerere non potuerim; nihil ſanè eſt, quod inſimuler. Etenim plurimis (vt & vos met ipſi non ignoratis) cauſsis impeditus fui. Verum hoc ipſo tempore haud minus vobis gratificari confido: & fortaſſe eò magis, quò ea gratiora accidere ſolent, quæ pluries denegata, vix tan

dẽ aſſequimur, tametſi hoc equidem vos ſpectare nolim: id enim non fuit mei conſilij: ſed quo vos proſequor, ſtudium atq; amorẽ; quo etiam ſum potiſsimum adductus, vt vobis hæc noſtra iam diu debita emitterem, atq; offerrem. Cum autem, vt fore arbitror, in multorum ſermonem inciderimus, quibus ſatisfacere difficilimũ putarẽ; veſtræ fuerint partes, (ſi ad fueritis,) me meaq;, immò & veſtra tueri, & ab omni calumnia vendicare: porrò vos hoc eo facilius efficere poteritis, quòd quę noſtra ſunt optime noſtis. Et illud ſic habetote mihi ſat eſſe futurum, ſi à vobis opuſculum hoc,

(quod

(quod mihi iam pridem perſpectum, atq; exploratum fuit) alacri vultu, gratoquè animo fuerit exceptum: cœteros verò minimè curo. Igitur eo fruamini, libenter, diuquè fruamini. illudquè interdũ euoluẽtes veſtri præceptoris memoriam ſeruetis. Valete.



DE PRIMIS PRINCIPIIS

Vniuersam Logicam constituentibus Quæstiones Dilucidatæ.

Auctore Ioanne Ludouico Cartario, Bonon. Medico, ac Philosopho. Clarissimo.



IESVS illuminatio mea sit. *Consuenere omnes tum vetustiores, tum nostræ ætatis interpretes antequā res ipsas, quas intendunt aggrediantur, primò quot modis id circa quod eorū versatur consideratio, declarare, ne aut in sermonis medio verborum seriem interrumpere, aut æquiuocationis fallacias committere cogantur; quod, & nos in his nostris lectionibus obseruare enitemur; Intendentes itaq; ardua illa totius logices quæsita, omnibusquè expositoribus molesta, quæ in eius præludijs præfari solent, resoluere, quæ & om*

nibus logicam profitentibus ſcitu maximè neceſſaria ſunt; cum logica ſit nomen multiplex, antequã rem præpoſitam aggrediamur, eius ſignificata recenſebimus; quæ eo magis ſunt præmittenda, cum ſermonis noſtri exordium ſit ſumendũ à quod quid eſt, ſeu à diffinitione logices, & iuxtà Ariſt. præceptum in principio 1. Elenc. ac 1. Cœli tex. 110. omne multiplex ſit primò diuidendum, quã diffiniendum, meritò ergo ab eius diuiſione exordiamur, colligentes proprium eius ſignificatum, quod diffinitione ipſa demum manifeſtabimus; Primum quæſitum dilucidandum eſt hoc. Quid ſit logica; pro cuius explicatione præmitto logicam eſſe bipartitam alteram naturalem, alteram artificialem, de naturali Logica ſermonem nunc non habituri ſumus, ſed de artificiali tantum; Ne autem quid ſit logica naturalis ab aliquo deſideretur, hoc paucisſimis declaro, dicoq́; Logicam naturalem nil aliud eſſe, quàm quandam mentis perſpicuitatem, ſeu quandam naturalem promptitudinem, vel potentiam, qua quilibet magis aptus eſt aſſentire vero, quã falſo,

Logica duplex.

Quid ſit logica naturalis.

ſo, ex qua procedit ex cognitione noti ad cognitionem ignoti; quam Logicam naturalem eſſe, & inueniri cuilibet eſt manifeſtum experientia ab intrinſeco ſumpta, nā experimur ipſam adeò animis noſtris hærere, fixamq; illis eſſe à noſtri ortus principio, ſicuti, & ſcientia primorum principiorum, & id voluit ſignificare Ariſt. 1. Rhet. cap. 1. dū dicebat, Homines ad veritatem ſatis eſſe natos, eamq; vt plurimum conſequi, & parum ſupra ibidem dicebat. Omnes natura ſcire ſyllogizzari, arguere, et defendere res proprias; Eam etiā eſſe experiētia ab extrinſeco ſumpta cōſtat, experimur enim ruſticos, & vulgares homines huiuſmodi logices habitu eſſe præditos, qui ſæpe, & ſæpius ex vno in aliud diſcurrunt, conſtituentes ratiocinationes in modo, & figura abſq; hoc quòd aliquis eos edocuerit, licet demum ignorent ſe id agere; ſunt etiā quidam homines ita perſpicaces, & mētis præclaræ, qui adeò iſta naturali propēſione sūt præditi, vt quaſi ſemper arguant à cauſſis, & à priori; è contra etiam aliqui reperiuntur adeò hebetes ingenio, & craſſa mi-

An logica naturalis ſit.

neruæ, qui tali propensione naturali videntur carere, licet pœnitus ea non careant, quòd videtur impoßibile eos huiusmodi præceptis logicalibus instrui, sicut satis abundè declaratur ab Auerroe. 2. Met. com. 15. & 1. Cæli com. 23. quòd etiam satis apertè dixit Arist. 5. Polit. cap. vltimo, dum dixit, Aliquos esse ita obtusos, vt eos in disciplinis erudiri sit impoßibile; Ex quibus licet colligere hanc logicam naturalem cuilibet æqualiter non inesse, quidam enim magis, quidam verò minus ea pollent, ij qui carne molliores sunt, ea magis erunt præditi cum ij mente sint aptiores, qui verò carnis durioris erunt, minus ea vigebunt, cum ij mente ineptiores sint, vt voluit Arist. 2. de Anima tex. 94. cui sententiæ subscripsit Gal. in suo libello, cui titulus est. Quòd mores animi sequuntur corporis temperaturam; Ex quibus etiam colligatur, quod ista logica naturalis cuicunq; insit est perfecta, ideo in ea non erit insistendū, tanquā in termino ad quem, sed ea completur, & proficitur per logicam artificialem; nec alicui hoc videatur inconueniens, nempè naturā

An logica naturalis cuilibet æqualiter insit.

ab arte perfici Ars .n. natura comes est, & ideo Boetius dicebat, quod Natura facit hominem habilem, Aristoteles facilem, Vsus ipsum reddit præpotentem; cuius etiam opinionis fuit Auicenna in sua logica cap. 1. & Alber. Mag. cap. 1. tractatus primi, qui dixerunt modum rectè intelligendi inchoatum fuisse à natura, & propterea ab arte perfici, de qua logica naturali hæc sufficiant; Ad artificialem, quam profitemur, transeamus, quam esse vnicuiq; constat, cũ huiusmodi cognitio, quæ logica dicitur, manifestum sit haberi per processus, & regulas artificiosè ab auctoribus traditas, & præcipuè ab Arist. Ex quo colligatur quare huiusmodi logica dicta fuerit artificialis; non enim censendum est eam dictã fuisse artificialem, eo quia per artem ab extrinseco habita sit, sed artificialis vocata est, quatenus per artificiosos processus, ac regulas fuit declarata; cuius nos diffinitionem assignare intendentes, cum etiam ipsa multipliciter dicatur, primò aperiemus eius significata, & quo modo distinguatur à Dialectica declarabimus, insequendo Arist.

An logica artificialis sit.

Quare logica artificialis dicta sit artificialis.

Significata logices artificialis, & quomodo à dialectica distinguatur.

præceptum 1. Elenc & 1. Cæli tex. 110. iã præallegatum. Logica igitur hæc artificialis tribus modis accipitur; Primo quidem ſumitur pro omni facultate de oratione tractante, ſub quo ſignificatu logices continentur omnes hæ quatuor facultates Grammatica, Rhetorica, Poetica, & Logica ſic propriè dicta, cum hæ omnes de oratione pertractent, licet ſub alia, et alia ratione, Grãmatica enim conſiderat orationem, ſub ratione qua elegans eſt vel nõ elegans, ſeu vt congrua, vel incongrua eſt, prout dicebat Ariſt. 3. Rhet. at de oratione, vt perſuaſiua eſt, vel diſſuaſiua tractat Rhetorica; quæ eadem oratio, vt ficta eſt vel ſimulata propter delectationẽ conſiderabitur in Poetica, Logica verò de ea perſcrutabitur, vt vera, vel falſa, & hoc modo aſſumpſere logicam Sueſſanus in proemio primi libri Priorum, Lactantius Firmianus 3. libro ſuarum inſtitutionum; Albert. Mag. in principio ſuæ logices cap. 2. omnes enim ij per logicam intellexerunt omnes quatuor facultates prædictas de oratione pertractãtes, Ideò tres primas facultates partes, ac

ſpecies logices eſſe aſſeruere; quæ quo modo à logica ipſa ſint diſtinctæ, ac ſaparatæ, nũc fiet manifeſtum, afferendo ſecundum logices ſignificatum, quod tale eſt; logica accipitur quandoq; pro illa facultate, quæ docet modos arguendi, & quæ illis coordinantur, quæ ſic ſumpta continet ſub ſe libros Prædicam. de Interpretatione. Priorum, Poſt. Top. & Elenc. licet autem lib. Prædicam. & Periher. non doceant modos arguendi, tamen ſub hoc logices ſignificato comprehenduntur, cum doceãt ea, quæ ad modos arguendi diriguntur, quos docet Ariſt. in libris ſubſequentibus, & de hac logica hoc ſecũdo modo ſumpta loquutus eſt Auerroes in proemio Primi Phyſ. Io. Gram. in principio Primi Priorum, ac Poſt. ſimiliter, & Alex. ibidem in principio Primi Priorum, & ipſe Nycephorus in principio ſuæ logices, hancq; Marcus Tullius Cic. in principio ſuæ Top. vocauit rationẽ rectè differendi, quæ tali modo accepta, patetquàm maximè ſit à tribus prædictis facultatibus diſtincta; quo etiam modo eam ſæpius ſumpſit Ariſt. qui ſolitus fuit vocare rationes

ex communibus procedentes logicas. i. dialecticas, confundebat nanq; logicam cum Dialectica; quæ quo modo adinuicem distinguantur, declaratur, afferendo tertium in ordine logices significatum, quod est logica accipitur pro illa facultate, qua docet demonstrationem, et quæ ipsi demonstrationi coordinãtur; quo modo accepta distinguitur ab ipsa Dialectica, de eaquè loquuti sunt Ammon. & Simpl. quilibet in suo proemio libri Prædicam. vbi separabant Dialecticam, ac Rhetoricam à Logica, quæ logica sic sumpta constat ex libris Priorũ, & Post. & ex hos præcedentibus, ita vt libri Top. & Elenc. ab ea excludantur; Hæc sunt præcipua logices significata, de quibus omnibus non est habendus sermo; sed tantũ de ea secundò, ac tertiò modo accepta differemus; Sed quia logica iuxta eius secundum significatum confunditur cum Dialectica ideo, & significata Dialectices sunt afferenda, ad hoc vt reddatur notum quomodo adinuicem seiungantur. Dialectica variè fuit ab antiquis accepta, Stoici, vt refert Alexan. 1. Top. eam accipiebant prò Me-

Quomodo logica, & Dialectica distinguantur.

Significata dialectices.

Metaph. quam Dialecticam ipsi diffinientes, dicebant esse scientiam rectè dicendi, quod rectè dicere asserebant solum consistere in dicendo vera, ac conuenientia, quo circa solus philosophus apud ipsos dicebatur dialetictieus, quo etiam modo Plato in Phedone, ac Phylebo sumpsit Dialicticã vt refert Simpl. in expositione tex. 8. primi Phys. de qua Dialectica sic sumpta non erit sermo; si quis tamen eius naturam scire voluerit, legat Ammonium in proemio Prædicab. vbi eleganter, & copiosè de ea disserit, à quo sumpsit Donatus Acciaiolus in proemio Ethic. Alio modo accepta fuit dialectica prò facultate docente modos arguendi, de qua loquutus est Boetius initio Top. Ciceronis, cum dixit. Hanc artem disserendi Logicam Arist. vocat, at Plato Dialecticam; & hoc modo omnes confundunt logicam, & dialecticam, ducti fortasse ab ethymologia huius nominis dialectica, quæ deriuatur à verbo græco, dialeo, quod latinè significat disputo, & sic dialecticam disputationem videtur significare, cuius disputacionis quatuor esse species docuit Aristot.

ſtot. primò Elenc. demonſtratiuam nempè dialecticam, tentatiuam, ac contentioſam, quæ omnes poſſunt ſub dialectica compræhendi, ac alia, quæ ijs coordinantur, quod fortaſſis voluit ſignificare Ariſt. 1. Rhet. cap. 1. dum dixit, Dialecticam de quolibet ſyllogiſmo eſſe, vel vniuerſam, vel partim; de qua dialectica hoc modo ſumpta, omnia quæ in harum præfationum tractatione dicemus, de logica ſimiliter erunt intelligenda; Alio modo accipitur dialectica pro facultate, quæ agit de ſyllogiſmis, qui conſtant ex probabilibus, & de locis communibus, inſimulq́; de ſyllogiſmis, qui procedunt ex apparentibus probabilibus, quæ ſic ſumpta comprehenditur, ae continetur ſub libris Top. & Elenc. quomodo eam accepit Ariſt. 1. Elenc. quod conſiderãs Alex. in. 1. Priorum, dum Ariſt. tantum diffiniuit propoſitionem demonſtratiuam, & dialecticã. dixit ipſum omiſiſſe ſophyſticam, quia eã ſub dialectica comprehendebat, qua eadem ratione. 1. Poſt. cap. 2. eamdem tacuiſſe poterimus aſſerere, quam propoſitionem ſophyſticã diffiniuit ipſe Ariſt. 1. Top. ac. 1. Elenc.

dicens,

dicens quòd erat ſumptio ſuperficietenus apparentis probabilis; Vltimò accipitur dialectica, prò illa facultate, quæ docet ſyllogiſmum dialecticum, ac locos communes, quæ talis continetur tantũ ſub libris Top. de qua meminit Ariſt. 4. Met. tex. 5. dum dicebat Metaphyſicam, Dialecticam, & Sophiſticam circà idem verſari, modo tamẽ differenti, vbi per Dialecticam, intellexit facultatem comprahenſam ſub libris Top. vt expoſuit Alex. de qua etiam ſic ſumpta, fecit mentionem Ariſt. 1. Poſt. 1. Elen. ac 1. Rhet. dũ aſſerebat ipſam eſſe indeterminati generis, & hoc eſt proprium Dialectices ſignificatum; de qua nunc non erit ſermo, ſed in fine huius tractatus, vbi perquiremus, quid ipſa ſit, & an habeat genus proprium ſubiectum circà quod verſetur; Sed de Dialectica in ſecundo ſignificatu ſumpta nunc loquemur, quæ coÿncidit cum logica accepta prò facultate docente modos arguẽdi, & quæ illis coordinantur; quibus habitis, iam erit notum quid per logicam audiamus, & quo modo à Dialectica ſecernatur; cum per Logicam intelligamus facul-

tatem

tatem docentem modos arguendi; & quæ illis inseruiunt, quæ sic conuertitur cũ Dialectica; intelligimus etiã per Logicã, facultatem docẽtem ipsam demonstrationẽ, & quæ ad illã diriguntur; Quam diffinientes sic dicemus. Logica nempè artificialis, sumptaquè modis prædictis, est habitus intellectiuus docens modos arguẽdi, quibus ducibus secernimus verũ à falso in scientijs cõtemplatiuis, in actiuis verò bonum à malo; quæ diffinitio erit perfecta, & perfectè logices naturam explicabit, cũ data sit per materiam circa quã versatur, contineat etiã finem ob quem fuit adinuenta, quæ reddetur clarior, insimulq́, quòd sit perfecta manifestabitur, si singulas particulas in ea positas diligenter perpendemus; quòd in sequẽti, ne longiores modo simus, præstabimus.

Quid sit logica artificialis.

LEC. II.

PROLVDIA *totius Logices explicaturus, exordium sumpsi ab ipsius logices diffinitione, at quoniam logica erat multiplex, ideo vt Aristotelicum dogma seruarẽ eam diuisi, & eius significata enumeraui; primò*

Primò autem dixi logicam diuidi in naturalem, & artificialem, & vtramq́ esse probaui, demum vtriusq́ diffinitionem aßignaui; Logica naturalis erat quædam naturalis potentia omnibus insita, per quam quilibet magis erat aptus assentire vero, quàm falso, de qua nunc non eram habiturus sermonem; Artificialis verò, de qua sermo nobis erat institutus fuit multiplex, ideo eius significata aßignauimus, & deinde collegimus, quòd nos de ea loquebamur logica, quæ docet modos arguẽdi, et similiter de ea quæ de demonstratione tractat, ac de coordinatis demõstrationi; Quæ logica docens modos arguẽdi, coincidebat (vt supra ex doctorũ sentẽtijs demonstrauimus) cũ ipsa Dialectica, Ideo de hac Dialectica, omnia quæ dicturus eram de ipsa logica intelligenda esse admonui. De Dialectica verò propriè sumpta inferius separatim nos pertractaturos esse polliciti fuimus. Diffiniuimus autem Logicam, qua de modo verba facimus, & diximus, quod erat habitus intellectiuus docẽs modos arguẽdi, quibus ducibus verũ à falso in scientijs contemplatiuis discernimus,

mus, in actiuis verò bonum à malo; Quæ diffinitio erat perfecta, quia erat tradita tum per materiam, circà quam logica verſatur, quæ materia conſtituebatur à modis arguendi, tum etiam per finem, propter quem fuit inſtituta; diximus tandem hãc diffinitionem fore clariorem, ſi ſingula eius particulæ diligentius expenderētur, quod nunc præſtabimus. Primò diximus Logicam eſſe habitum; Habitus ponitur in diffinitione logices tanquam eius genus, logica enim eſt habitus, ſed non conuertitur quòd omnis habitus ſit logica. Quòd logica ſit habitus, ſic probo; omnis qualitas de difficili mobilis à ſubiecto eſt habitus, logica eſt qualitas de difficili mobilis à ſubiecto, ergò logica eſt habitus, argumentum patet cum maiori, cum illa ſit diffinitio habitus data ab Ariſt. in Prædicamento qualitatis; minorem probo, & primò quòd logica ſit qualitas; id à quo quid denominatur quale id eſt qualitas, à logica quilibet denominatur qualis, denominatur enim logicus, ergò logica erit qualitas; quòd autem ſit de difficili mobilis à ſubiecto, eſt vnicuiq; perſpi-

An Logica ſit habitus.

perſpicuum, ab eo enim qui eam callet, non poteſt ſeparari, vel ſi cõtinget ſeparari, hoc non erit niſi cum maxima difficultate; ſed ſtatim quis obijciet logicam non eſſe habitum, quia habitus non eſt contrariorum, vt teſtatur Ariſt. 5. Ethic. at logica eſt contrariorum, vt colligitur ex diffinitione data, ergo logica non erit habitus; Reſpõdeo, quòd habitus, eſt duplex, alter actiuus, alter ſpeculatiuus, qui ſic inter ſe differunt, quòd habitus actiuus contrariorum eſſe nõ poteſt; at ſpeculatiuus contrariorum eſſe poteſt, logica autem cum potius vocanda ſit habitus ſpeculatiuus, quàm actiuus, ideò contrariorum eſſe poterit; & attendẽdum eſt me non abſolutè dixiſſe logicam eſſe habitum ſpeculatiuum, quia, vt infrà declarabo, logica propriè nec contemplatiua, nec practica erit; Sed adhuc ille replicabit, non ne fortitudo eſt habitus actiuus? & tamen eſt contrariorum, verſatur enim circa timorem, & fiduciam, ergo falſum eſt habitum actiuum non eſſe contrariorum; Reſpõdeo habitum actiuum non eſſe contrariorũ id eſt nõ producere actus contrarios, & ſic verba

Habitus duplex actiuus, & contẽplatiuus, & quomodo differunt.

Quomodo habitus actiuus ſit cõtrariorũ, & quomodo non, &c.

verba Ariſt. 5. Eth. ſunt intelligenda, cum hoc tamen ſtat, quòd habitus actiuus ſit cõtrariorum, hoc eſt verſetur circa duo contraria obiecta, ſicuti dictum eſt de fortitudine, quæ verſatur circa timorem, & fiduciam, minimè tamen producit actiones cõtrarias, videlicet timidas, & fortes, ſed tantũ fortes. Secunda particula in diffinitione logices poſita, fuit, intellectiuus, quæ eſt prima differentia, licet enim logica ſit habitus, non tamen eſt quilibet habitus, ſed eſt habitus intellectiuus, per quã particulã diſtinguitur logica ab habitibus, qui conſiſtunt in appetitu ſenſitiuo, ſicut ſunt habitus morum ſeu virtutum moralium.

An logica ſit habitus intellectiuus, & quis ſit.

Habitus intellectiuus quotuplex.

Sed tunc oritur quæſtio pulcherrima, conſiderationeq; digniſsima; Dicet quis ſi logica eſt habitus intellectiuus, cũ ij ſint numero quinq; teſte Ariſt. 2. Poſt. cap. vltimo, & 6. Ethic, nempè Intellectus, Sapientia, Prudentia, Ars, & ſcientia, quis horum eſt logica? aut ſub quo horum continetur? Ego enim dicet adoleſcens ille alios Artẽ, alios verò ſcientiam ipſam logicam nominare audio, ac omnes de hac re diſcordes atq; inter

ſe

ſe diſentientes reperio, vt quid prò rei veritate ſit dicendum haud poſſim dijudicare. Volenti huius quæſiti veritatem habere neceſſe eſt conſiderare diffinitionem cuiuslibet habitus, & perpendere quæ nam illi conueniat, hanc regulam docet Ariſtoteles ſecundo Topicorum loco tertio, qui enim vult cognoſcere an aliquid inſit alicui, conſideret an eius diffinitio illi competat; hanc ergo regulam obſeruantes afferemus diffinitionem cuiuslibet habitus enumerati, & conſiderabimus quæ nam habitus diffinitio poſſit logicæ aptari; Exordiumquè aſſumamus ab illo habitu, qui dicitur Intellectus, & inquiramus an logica ſit huiuſmodi habitus, qui dicitur intellectus? conſideremus eius diffinitionem, quam ab Ariſt. petamus 6. Eth. cap. proprio de intellectu, qui ſic eum diffiniuit; Intellectus eſt habitus, qui verſatur, circà principia, tunc ſic, logica nõ verſatur circa principia, ſed modos arguendi cõſiderat, ergo logica non erit hic habitus, intellectus dictus; Erit ne Sapiẽtia? perpẽdamus ſimiliter eius diffinitionem? Quid eſt ſapientia

An logica ſit ille habitus ille qui dicitur intellectus.

Quid ſit ille habitus ꝙ dicitur intellectus.

An logica ſit habitus dictus Sapiẽtia.

dicamus cum Arist. 6. Ethic. cap. proprio de sapientia; Sapientia est habitus, qui tùm intellectus, tùm scientia dicitur; Intellectus, nempè quatenus versatur circà principia, sciētia verò quatenus circà principiata necessaria, & præcipuè æterna, ac diuina, ob quam caussam Arist. 1. Met. vocauit Metaphysicam Sapientiam, cum ipsa contempletur entia æterna, & 6. Eth. loco nuper allegato voluit sapientiam esse scientiarum exactissimam; modo cum logica diffinitionem sapientiæ non obtineat, nec sapiētia poterit vocari; non enim est intellectus, vt iam constat, nec est scientia cum non versetur circà principiata æterna, ac diuina, vt cuilibet est notum, nequaquam ergo est sapientia; Erit ne Prudentia? Similiter est considerandum an diffinitio Prudentiæ ei possit aptari; Quid est Prudentia? Nō recedamus ab Arist. 6. Ethic. cap. 6. eam sic diffiniente; Prudentia est habitus recta ratione actiuus, qui versatur circà bona humana; Bona autem humana sunt in triplici differentia, vel spectant ad nos, vt sunt mores, de quibus in lib. Ethic. vel domum respi-

Quid sit sapientia.

An logica sit habitus dictus Prudentia.

Quid sit Prudentia.

reſpiciunt, & hæc tradidit Ariſt. in lib. Oeconom. vel pertinent ad Ciuitatem, quæ declarauit in libris Polit. cuilibet modò ſit manifeſtum logicam non obtinere hanc diffinitionem, cum ipſa non perſcrutetur bona humana, nec quæ ad nos, nec quæ ad domum, nec quæ ad Ciuitatem regẽdam pertinent; Sed tantum circà modos arguendi verſetur, non ergo erit Prudentia; Sequitur examinare, an logica ſit Ars. Vt diſtinctè, ac dilucidè procedamus, ſunt primò aperienda ſignificata Artis, antequam quid ſit afferamus, eſt enim nomen multiplex. Ars quandoq; accipitur pro omni habitu acquiſito cum diſcurſu ſiue ille habitus ſit Sapientia, ſiue Scientia, ſiue Prudentia, ſiue Ars factiua, omnes nanq; hi habitus acquiſiti ſunt cum diſcurſu, Ideò ſæpius adinuicem confunduntur, quo modo artem accipiunt ij, qui diuidunt artes in liberales, & mechanicas ſic quoq; accepit Artem Ariſt. 1. Met. cap. 1. dum dixit, quòd mechanicæ Artes circa Aegiptum adinuentæ fuerunt, & addidit, In moralibus autem, quæ ſit Artis, & ſcientiæ differentia dictũ

An logica ſit Ars.

Artis ſignificata.

eſt; de Arte etiã hoc modo ſumpta loquutus eſt Auer. in Epit. Met. initio, & D. Thom Opuſculo. 70. ſuper Boet. de Trinitate in ſolutione ad 3. argumentũ illius quæſtionis, qua quæritur diuiſio ſcientiarũ; Sic etiã ſumpſit Artem Galen. in Adhortatorio ad bonas artes, vbi conſtituit nouem Artes liberales, Grammaticam, Rhetoricam, Dialecticam, Muſicam, Perſpectiuam, Geometriam, Arithmeticam, & Iuriſprudẽtiam, ac Medicinam, vbi præ alijs extollit Medicinam, eodemq́; etiam modo Galen. accepit artem in de Conſtitut. Artis Medices, vbi diuidens Artes, dicebat aliquas eſſe gratia operationis, aliquas gratia actionis; de quo ſignificato Artis, non eſt habendus ſermo, cũ Ars ſic ſumpta confundatur cum ſcientia, & è contra ſcientia cum Arte; Alio modo accipitur Ars prò arte factiua, & eſt illa poſt cuius operationem aliquid in re extrà remanet, vt Ars ædificatiua vocatur factiua, quia poſt eius operationẽ remanet opus in re extrà, remanet enim domus ipſa, & id voluit ſignificare Ariſt. 6. Ethic. cap. 5. & 6. dum ponebat diſcrimen inter agere,

Quid ſit Ars factiua

& facere; & huic sententiæ subscripsit Alex. 6. Met. tex. 2. & Gal. in de Constit. Artis Medices, qui dixit Artem factiuam esse tripartitam, nam alia est quæ facit totum opus, vt Ars domificatiua, alia est quæ reficit, & restaurat suum subiectum, sicuti est Ars Medica, quæ restaurat corpus humanũ, & ideò ab ipso Gal. Medicina vocatur Ars restauratiua, seu refectiua; alia est quæ venatur suũ subiectũ, vt est Ars piscatoria, oẽs.n.eæ vocãtur Artes factiuæ, quia omnibus ijs conuenit diffinitio artis factiuæ, vt patet, Ideò non sit mirum si prius diffinitionem Artis factiuæ adduxi, demum eius significata enumeraui, diffinitio nãq; Artis factiuæ omnibus illis tribus conueniebat; Tertio, & vltimo accipitur Ars prò Arte actiua, & est illa post cuius operationem nihil in re extrà remanet. sicut est Ars saltandi, Ars cantandi, & consimiles, quæ Ars actiua est bipartita cum altera versetur circa bona humana; sicuti est prudentia, altera versetur circà ea, quæ spectãt ad corpus, vt Ars saltandi, quæ duo vltima artis significata videlicet, Actiua, et Fa

Quotuplex sit ars factiua.

Quid sit Ars actiua, & quotuplex sit.

Quòd logica non sit ars nec actiuá, nec factiua.

ctiua, propriè Arti conueniunt; Ideò munus nostrum erit ostendere logicam nec artem factiuam, nec actiuam esse, & hoc manifestabimus afferendo vtriusq; artis diffinitionem; Ars actiua sumpta in communi, vt nō distinguitur à Prudentia, nil aliud est, quàm habitus recta ratione actiuus, qui versatur circà operationes, quæ ad nos, & ad id ipsum corpus attinent; quam Artem actiuam si quis acceperit, vt distinguitur à Prudentia; in eius diffinitione non ponet illā particulā (circà operationes, quæ ad nos spectant.) sed dicet illam tantùm versari circà operationes, quæ habent respectū ad corpus; cum autem logica non versetur circà huiusmodi operationes, sed solum perscrutetur modos arguendi, qui fiunt ab in intellectu nostro, in eoquè permanent, tunc vnicuiquè constabit logicam non esse artē actiuam; nec etiam erit Ars factiua, cum diffinitio artis factiuæ longè sit à natura logices aliena; Ars factiua est habitus recta ratione factiuus, qui versatur circà ea, quæ possūt aliter se habere; seu circà factibilia, teste Arist. 6. Eth. cap. 5. at cum logica nō

ſit habitus factiuus, nec verſetur circà ea, quæ poſſunt aliter ſe habere, ſed conſideret modos arguendi, qui ſemper veri ſunt; nec poſt eius operationẽ aliquod opus in re extrà remaneat, ſed in intellectu ipſo, nullo ergo modo poterit eſſe Ars factiua; Ex quibus colligitur, quã inaniter loquuti ſunt iſti recentiores, dum aſſeruerunt logicam propriè eſſe artem, quod tamen non erit negandum, ſi accipiatur nomen Artis latiſſimè, nẽpè in primo ſignificato, ſicut acceptũ fuit à quamplurimis antiquorum, ſed tunc illud non erit ad propoſitum, cum Ars ſic accepta nedum comprehendat Artem propriè dictam, ſed etiam ſcientiam, & quemcunq; alium habitum diſcurſu acquiſitum, nos autem inquirentes, an logica ſit Ars, accipimus Artem propriè. Sed vt hac veritas magis eluceſcat; ſoluendæ ſunt rationes illorum, qui aſſerunt logicam eſſe artẽ, & præcipuè actiuam; Arguunt primò ratione ſumpta à fine Artis, qui eſt opus; Illa facultas cuius finis eſt opus, eſt actiua, ſed finis logices eſt opus, ergo logica erit Ars actiua; Maior propoſitio eſt manifeſta ex

Recentiorũ error.

Rationes probãtes logicam eſſe artem actiuam.

Arist. 2. Met. Tex. 3. dicente finem, scientiæ contemplatiuæ esse ipsum scire, practicæ verò idest Artis, esse opus; Minor est nota, syllogismus enim, seu ipsa demonstratio est finis logices, quæ sunt opera intellectus, & hoc fuit argumentum, quo ductus Mirandula libro 4. suæ Apologiæ aduersus Buccaferream, *sectione prima voluit logicam esse artem, qui etiam in* Commentario *suæ logices idem asseruit, hoc alio ductus argumento; Illa facultas, quæ versatur circà ea, quorum principium est in faciente, vel agente, est actiua, vt colligitur ab Arist. 6. Met. tex. 2. sed logica est huiusmodi, cum versetur circà modos arguendi, qui fiunt ab ipso intellectu, ergo logica erit Ars actiua; Tertiò logica connumeratur inter artes liberales, vt patet ex Auer. in proemio Phys. & ex Gal in Adhortatorio ad bonas artes, ergo logica erit ars; Cuius oppositum iam est determinatum, cum logica non versetur circà ea, quæ possunt aliter se habere, nec eius finis sit opus extra intellectum, sed in intellectu, vt satis constat, demonstratio enim quæ est eius finis, est in intellectu, nullo ergo*

go modo erit Ars; Quibus rationibus ſatis facile eſt occurrere ex iam declaratis. Prima nihil concludit, quia licet finis logices ſit opus, illud tamen nõ eſt extra intellectũ, quod requiritur, vt aliqua facultas dicatur Ars, ſed eſt in intellectu; Nec ſecũda aliquid cogit, ſi maior propoſitio ſit rectè intellecta, cum enim dicitur, facultatem illã eſſe actiuam, quæ verſatur circa ea, quorũ principium eſt in agente, vel faciente, hæc propoſitio erit vera, ſi talia terminẽtur ad opus extrà intellectum, modò licet logica verſetur circà huiuſmodi, quorum principium eſt in intellectu, cum illa non coordinẽtur ad opus extrà intellectum, ſed ad opus, quod eſt in intellectu, nullo modo ſequetur logicam eſſe artem; Tertiæ rationi puto iã factum eſſe ſatis, cum dictum ſit hos abuti nomine artis, ſumunt namq; artem ſatis latè, vt cõprehendit ſcientiã, & quęcunq; alium habitũ cum diſcurſu, acquiſitũ, non autẽ in proprio eius ſignificato; quod fortaſſe aliqui eorum, qui ſtatuunt logicam eſſe artem animaduertentes, dixere eam eſſe artem impropriè; hæc autem ſententia iam Solutio p̃dictarũ rationum.

ſupra

supra fuit confutata. Reliquum modò esset videre an logica sit ille habitus, qui dicitur scientia, quod quæsitum crastina die perquiremus.

LEC. III.

PROPOSITVM *nostrum in hodierna Lectione erit perpendere, an logica sit sciẽtia, cum logica sit habitus intellectiuus, vt heri declarauimus, Habitus autẽ intellectiui sint numero quinq; vt docuit Arist. lib. Post. cap. vltimo, ac 6. Ethic. nẽpè Intellectus, Sapientia, Prudentia, Ars, & Scientia; Logica autẽ non sit vt supra demõstraui Intellectus, nõ Sapientia, non Prudẽtia, non deniq; Ars; Erit ergo dicet quispiã, sciẽtia, arguẽdo à sufficienti enumeratione habituũ intellectus; Ideo proponitur hæc difficultas discutienda; An logica sit scientia; In cuius quæsiti explicatione, insimul declarabo an logica sit pars philosophiæ, vel eius instrumentum; apud antiquos enim idem erat aliquã facultatem esse sciẽtiã, & partem philosophiæ, vt testatur, Ammon. initio Prædicam. & Alex. 1. Top. ac 10. Gram.*

An logica sit scientia, & pars philosophiæ, vel eius instrumentũ.

Gramm. 1. Priorum, ſicut etiam eſt videre à Diog. Laert. in vita Zenonis Cittici; Ad hoc autem vt huius quæſiti veritas habeatur, primò declarabo terminos, ex quorum declaratione, quid ſit ſecundùm veritatem ſentiendum demum aperiam, vltimò opiniones aliorum à veritate recedentes confutabo, ac eorum rationibus ſatis faciam. Proponitur hæc quæſtio diſcutienda. An logica ſit ſcientia, ac philoſophiæ pars, vel eius inſtrumentum; quid nomine logices ſit audiendum, iam eſt notum ex ſuperius declaratis, ſolum quid per ſcientiam, quid per philoſophiæ partem, quidq; inſtrumenti nomine ſit intelligendum, eſt declarãdum; ſcientia etſi multipliciter accipiatur vt eſt videre à Linconienſi. 1. Poſt. cap. 2. ac ibidem ab omnibus ferè expoſitoribus, in præſenti tamen accipitur ſcientia propriè, ac complexè dicta quæ à philoſophis diuiditur in actualẽ, & habitudinalẽ; Actualis illa dicitur, quam intellectus actu habet, habendo aliquam demonſtrationem, quæ periit actu illo pereunte, quæ ſcientia actualis potiſsimum accidit in demonſtrationi-

Ordo procedendi in quæſt.

Scientia duplex.

Quid ſit ſcientia actualis.

tionibus mathematicis, quæ ſcientiam gignunt, dum actu habentur, ceſſante vero actu, ceſſant, & ipſæ ſcientiæ; de qua ſcientia actuali loquutus eſt Ariſt. 1. Top. cap. 8. dum dixit ſciẽtias eſſe infinitas, quoniam, & demonſtrationes ſunt infinitæ, cum hæc ſcientia actualis multiplicetur ad multiplicationem rerum ſcitarum, de ea etiam loquutus eſt Ariſt. 1. Ethic. verſus finem, dum dixit, ſapientem per dimidium vitæ differre à ſtulto, quia ſapiens dum dormit non ſcit. ſ. actu; Scientia habitudinalis eſt habitus quidam in intellectu productus, in ipſoq; hærens ex multarum operationũ frequentatione, de qua ſcientia poſſunt verba Auerrois 2. de Anima com. 24. & 4. Phyſ. com. 25. intelligi, dicentis, Scientia eſt in anima ſicut forma, qua ſcientia pereunte, actu non perijt ille habitus, immo remanet in intellectu; de qua loquutus eſt Ariſt. 1. Poſt. tex. 42. dicens, Vnitatem ſcientiæ dependere ab vnitate obiecti, ſcientiamq; vnam genere, vel ſpecie eſſe ab obiecto generico, vel ſpecifico; quæ ſcientia habitudinalis, ſeu qui habitus generatus ex frequẽtatis

Quid ſit ſcientia habitudinalis

tatis

tatis operationibus poteſt ſubſe continere multas ſcientias ſpecie, ſicut philoſophia continet ſub ſe multas partes ſcientiæ, ſpecificè differentes; de qua in præſenti loquimur, quam diffinientes, non recedemus ab Ariſt. 6. Ethic. cap. de ſcientia; Primo Poſt. cap. 2. & primo Phyſ. tex. 1. ac in prooemio Met. & dicemus, quòd ſcientia eſt habitus, ſeu cognitio rerum verarum, et æternarum acquiſita per demonſtrationem, gratia ſcire; Secundus terminus declarandus eſt philoſophia, quam velle quid ſit declarare ſatis longum eſſet, quilibet tamen poterit hoc videre ex lectionibus noſtris æditis ſuper proœmio de Phyſico Auditu, & ab Ammo. initio Prædicab. hoc tantùm nunc addam, quòd Ammo. afferens quintã philoſophiæ diffinitionem, quàm maximè deficit, nam dicit, Philoſophiam eſſe artẽ artium, & ſcientiam ſcientiarum, & addit Ariſtotelem huiuſmodi aſsignaſſe diffinitionem, tanquàm cæteris digniorem, ac perfectiorem; qui ſic dicens non eſt audiendus, cum hanc tribuat Ariſt. diffinitionem, quæ apud eum nullibi reperitur; Si tamen velimus

Quid ſit ſcientia vere.

Quid ſit philoſophia.

Ammonij error.

mus eam diffinire, dicemus Philosophia est cognitio rerum, prout sunt gratia veritatis: & hac coincidit cum prima diffinitione data ab Ammon. ibidem; quæ magis erit acceptanda, cum doctrina Aristotelicæ aliarum diffinitionum sit accommodatissima, ac aptissima; cui subscribere videtur Plato dicens, Philosophia est cognitio rerum humanarum, ac diuinarum. Vltimus terminus declarandus est instrumentum, breuiter dico Instrumentũ nil aliud esse, quã id, quo operamur: quod erit quàm maximè differens à facultate, cum facultas sit illa, quæ vim, ac naturam instrumenti declarat. Et hæc pro declaratione termminorum. Ad secundam accedamus partem, in qua veritas quæsiti est aperienda, quã explico hac sola propositione, Logica, ne dum secũdum doctrinam Arist. sed nec secundũ quamcunq; aliam, vllo modo est scientia, nec philosophiæ pars. Quam propositionem probo auctoritatibus, & rationibus tàm ab Arist. quàm ab aliis auctoribus desumptis, & in primis accipio diffinitionẽ sciẽtiæ sumptã ab Arist. locis præcitatis, quæ talis fuit.

Quid sit instrumentũ.

Quid sit facultas.

Quæsiti determinatio

Auctoritates quibus probatur logicam non esse sciẽtiã.

fuit, Scientia eſt cognitio rerum verſarum, neceſſariarum, ac æternarū, acquiſita per demonſtrationem gratia ſcire; Sed logica non verſatur circa res æternas, ſed circa entia rationis, ſeu circa modos arguendi, quæ talia non ſunt res veræ, nec æterna: niſi valdè æquiuocè; ergo logica nedum erit, immo nec eſſe poterit ſcientia. Sed quis dicet Ariſtotelem diffiniuiſſe ſcientiam, quatenus ſub illa complectitur cognitionem omnium, & quarumcunq; rerum; ſicq; logica poterit dici ſcientia: qui ſic reſpondens nō erit audiendus, cum faciat Ariſtotelem magnam committere æquiuocationem; quod probo, enti rationis, & enti reali nihil eſt commune vniuocum: ergo nec ſub vna propoſitione vniuoca hæc talia poterunt contineri: quæ ſi continerentur, tunc illa propoſitio ſatis eſſet æquiuoca. Præterea, eſt auctoritas clara Ariſt 1. Rhet. ad Theod. cap. 2. dicentis, Qui dicit Rhetoricam, & Dialecticam eſſe ſcientias deſtruit earum naturas, cum eas faciat de rebus, cum ſint de vocibus: & ibidem in fine cap. poſtquàm aſſignauerat diuiſionem loci in communem, & pro-

dicamus cum Ariſt. 6. Ethic. cap. propriè de ſapientia; Sapientia eſt habitus, qui tùm intellectus, tùm ſcientiia dicitur; Intellectus, nempè quatenus verſatur circà principia, ſciētia verò quatenus circà principiata neceſſaria, & præcipuè æterna, ac diuina, ob quam cauſſam Ariſt. 1. Met. vocauit Metaphyſicam Sapientiam, cum ipſa contempletur entia æterna, & 6. Eth. loco nuper allegato voluit ſapientiam eſſe ſcientiarum exactiſsimam; modo cum logica diffinitionem ſapientiæ non obtineat, nec ſapiētia poterit vocari; non enim eſt intellectus, vt iam conſtat, nec eſt ſcientia cum non verſetur circà principiata æterna, ac diuina, vt cuilibet eſt notum, nequaquam ergo eſt ſapientia; Erit ne Prudentia? Similiter eſt conſiderandum an diffinitio Prudentiæ ei poſsit aptari; Quid eſt Prudentia? Nō recedamus ab Ariſt. 6. Ethic. cap. 6. eam ſic diffiniente; Prudentia eſt habitus rectà ratione actiuus, qui verſatur circà bona humana; Bona autem humana ſunt in triplici differentia, vel ſpectant ad nos, vt ſunt mores, de quibus in lib. Ethic. vel domum reſpi-

Quid ſit ſapientia.

An logica ſit habitus dictus Prudentia.

Quid ſit Prudentia.

reſpiciunt, & hæc tradidit Ariſt. in lib. Oeconom. vel pertinent ad Ciuitatem, quæ declarauit in libris Polit. cuilibet modò ſit manifeſtum logicam non obtinere hanc diffinitionem, cum ipſa non perſcrutetur bona humana, nec quæ ad nos, nec quæ ad domum, nec quæ ad Ciuitatem regẽdam pertinent; Sed tantùm circà modos arguendi verſetur, non ergo erit Prudentia; Sequitur examinare, an logica ſit Ars. Vt diſtinctè, ac dilucidè procedamus, ſunt primò aperienda ſignificata Artis, antequam quid ſit afferamus, eſt enim nomen multiplex. An logica ſit Ars.

Ars quandoq; accipitur pro omni habitu acquiſito cum diſcurſu ſiue ille habitus ſit Sapientia, ſiue Scientia, ſiue Prudentia, ſiue Ars factiua, omnes nanq; hi habitus acquiſiti ſunt cum diſcurſu, Ideò ſæpius adinuicem confunduntur, quo modo artem accipiunt ij, qui diuidunt artes in liberales, & mechanicas ſic quoq; accepit Artem Ariſt. 1. Met. cap. 1. dum dixit, quòd mechanicæ Artes circa Aegiptum adinuentæ fuerunt, & addidit, In moralibus autem, quæ ſit Artis, & ſcientiæ differentia dictũ Artis ſignificata.

est; de Arte etiā hoc modo sumpta loquutus est Auer. in Epit. Met. initio, & D. Thom Opusculo. 70. super Boet. de Trinitate in solutione ad 3. argumentū illius quæstionis, qua quæritur diuisio scientiarū; Sic etiā sumpsit Artem Galen. in Adhortatorio ad bonas artes, vbi constituit nouem Artes liberales, Grammaticam, Rhetoricam, Dialecticam, Musicam, Perspectiuam, Geometriam, Arithmeticam, & Iurisprudētiam, ac Medicinam, vbi præ alijs extollit Medicinam, eodemq; etiam modo Galen. accepit artem in de Constitut. Artis Medices, vbi diuidens Artes, dicebat aliquas esse gratia operationis, aliquas gratia actionis; de quo significato Artis, non est habendus sermo, cū Ars sic sumpta confundatur cum scientia, & è contra scientia cum Arte; Alio modo accipitur Ars prò arte factiua, & est illa post cuius operationem aliquid in re extrà remanet, vt Ars ædificatiua vocatur factiua, quia post eius operationē remanet opus in re extrà, remanet enim domus ipsa, & id voluit significare Arist. 6. Ethic. cap. 5. & 6. dum ponebat discrimen inter agere,

Quid sit Ars factiua

& facere; & huic sententiæ subscripsit Alex. 6. Met. tex. 2. & Gal. in de Constit. Artis Medices, qui dixit Artem factiuam esse tripartitam, nam alia est quæ facit totum opus, vt Ars domificatiua, alia est quæ reficit, & restaurat suum subiectum, sicuti est Ars Medica, quæ restaurat corpus humanũ, & ideò ab ipso Gal. Medicina vocatur Ars restauratiua, seu refectiua; alia est quæ venatur sũũ subiectũ, vt est Ars piscatoria, oẽs.n.eæ vocãtur Artes factiuæ, quia omnibus ijs conuenit diffinitio artis factiuæ, vt patet, Ideò non sit mirum si prius diffinitionem Artis factiuæ adduxi, demum eius significata enumeraui, diffinitio nãq; Artis factiuæ omnibus illis tribus conueniebat; Tertio, & vltimo accipitur Ars prò Arte actiua, & est illa post cuius operationem nihil in re extrà remanet, sicut est Ars saltandi, Ars cantandi, & consimiles, quæ Ars actiua est bipartita cum altera versetur circa bona humana; sicuti est prudentia, altera versetur circà ea, quæ spectãt ad corpus, vt Ars saltandi, quæ duo vltima artis significata videlicet, Actiua, et Fa-

Quotuplex sit ars factiua.

Quid sit Ars actiua, & quotuplex sit.

Quòd logica non ſit ars nec actiuá, nec factiua.

ctiua, propriè Arti conueniunt; Ideò munus noſtrum erit oſtendere logicam nec artem factiuam, nec actiuam eſſe, & hoc manifeſtabimus afferendo vtriusq; artis diffinitionem; Ars actiua ſumpta in communi, vt nō diſtinguitur à Prudentia, nil aliud eſt, quàm habitus recta ratione actiuus, qui verſatur circà operationes, quæ ad nos, & ad id ipſum corpus attinent; quam Artem actiuam ſi quis acceperit, vt diſtinguitur à Prudentia; in eius diffinitione non ponet illā particulā (circà operationes, quæ ad nos ſpectant.) ſed dicet illam tantùm verſari circà operationes, quæ habent reſpectū ad corpus; cum autem logica non verſetur circà huiuſmodi operationes, ſed ſolum perſcrutetur modos arguendi, qui fiunt ab in intellectu noſtro, in eoquè permanent, tunc vnicuiquè conſtabit logicam non eſſe artē actiuam; nec etiam erit Ars factiua, cum diffinitio artis factiuæ longè ſit à natura logices aliena; Ars factiua eſt habitus recta ratione factiuus, qui verſatur circà ea, quæ poſſūt aliter ſe habere; ſeu circà factibilia, teſte Ariſt. 6. Eth. cap. 5. at cum logica nō

ſit

ſit habitus factiuus, nec verſetur circà ea, quæ poſſunt aliter ſe habere, ſed conſideret modos arguendi, qui ſemper veri ſunt; nec poſt eius operationẽ aliquod opus in re extrà remaneat, ſed in intellectu ipſo, nullo ergo modo poterit eſſe Ars factiua; Ex quibus colligitur, quã inaniter loquuti ſunt iſti recentiores, dum aſſeruerunt logicam propriè eſſe artem, quod tamen non erit negandum, ſi accipiatur nomen Artis latiſſimè, nẽpè in primo ſignificato, ſicut acceptũ fuit à quamplurimis antiquorum, ſed tunc illud non erit ad propoſitum, cum Ars ſic acceptanedum comprehendat Artem propriè dictam, ſed etiam ſcientiam, & quemcunq̃ alium habitum diſcurſu acquiſitum, nos autem inquirentes, an logica ſit Ars, accipimus Artem propriè. Sed vt hæc veritas magis eluceſcat, ſoluendæ ſunt rationes illorum, qui aſſerunt logicam eſſe artẽ, & præcipuè actiuam; Arguunt primò ratione ſumpta à fine Artis, qui eſt opus; Illa facultas cuius finis eſt opus, eſt actiua, ſed finis logices eſt opus, ergo logica erit Ars actiua; Maior propoſitio eſt manifeſta ex

Recentiorũ error.

Rationes probãtes logicam eſſe artem actiuam.

Arist. 2. Met. Tex. 3. dicente finem, scientiæ contemplatiua esse ipsum scire, practica verò idest Artis, esse opus; Minor est nota, syllogismus enim, seu ipsa demonstratio est finis logices, quæ sunt opera intellectus, & hoc fuit argumentum, quo ductus Mirandula libro 4. suæ Apologiæ aduersus Buccaferream, *sectione prima voluit logicam esse artem, qui etiam in Commentario suæ logices idem asseruit, hoc alio ductus argumento; Illa facultas, quæ versatur circà ea, quorum principium est in faciente, vel agente, est actiua, vt colligitur ab Arist. 6. Met. tex. 2. sed logica est huiusmodi, cum versetur circà modos arguendi, qui fiunt ab ipso intellectu, ergo logica erit Ars actiua; Tertiò logica connumeratur inter artes liberales, vt patet ex Auer. in proemio Phys. & ex Gal in Adhortatorio ad bonas artes, ergo logica erit ars; Cuius oppositum iam est determinatum, cum logica non versetur circà ea, quæ possunt aliter se habere, nec eius finis sit opus extra intellectum, sed in intellectu, vt satis constat, demonstratio enim quæ est eius finis, est in intellectu, nullo ergo*

go modo erit Ars; Quibus rationibus ſatis facile eſt occurrere ex iam declaratis. Prima nihil concludit, quia licet finis logices ſit opus, illud tamen nō eſt extra intellectū, quod requiritur, vt aliqua facultas dicatur Ars, ſed eſt in intellectu; Nec ſecūda aliquid cogit, ſi maior propoſitio ſit rectè intellecta, cum enim dicitur, facultatem illā eſſe actiuam, quæ verſatur circa ea, quorū principium eſt in agente, vel faciente, hæc propoſitio erit vera, ſi talia terminētur ad opus extrà intellectum, modò licet logica verſetur circà huiuſmodi, quorum principium eſt in intellectu, cum illa non coordinētur ad opus extrà intellectum, ſed ad opus, quod eſt in intellectu, nullo modo ſequetur logicam eſſe artem; Tertiæ rationi puto iā factum eſſe ſatis, cum dictum ſit hos abuti nomine artis, ſumunt namq; artem ſatis latè, vt cōprehendit ſcientiā, & quēcunq; alium habitū cum diſcurſu, acquiſitū, non autē in proprio eius ſignificato; quod fortaſſe aliqui eorum, qui ſtatuunt logicam eſſe artem animaduertentes, dixere eam eſſe artem impropriè; hac autem ſententia iam

Solutio p̄dictarū rationum.

ſupra

supra fuit confutata. Reliquum modo esset videre an logica sit ille habitus, qui dicitur scientia, quod quæsitum crastina die perquiremus.

LEC. III.

PROPOSITVM *nostrum in hodierna Lectione erit perpendere, an logica sit sciẽtia, cum logica sit habitus intellectiuus, vt heri declarauimus, Habitus autẽ intellectiui sint numero quinq, vt docuit Arist. lib. Post. cap. vltimo, ac 6. Ethic. nẽpè Intellectus, Sapientia, Prudentia, Ars, & Scientia; Logica autẽ non sit vt supra demõstraui Intellectus, nõ Sapientia, non Prudẽtia, non deniq́ Ars; Erit ergo dicet quispiã, sciẽtia, arguẽdo à sufficienti enumeratione habituũ intellectus; Ideo proponitur hæc difficultas discutienda; An logica sit scientia: In cuius quæsiti explicatione, insimul declarabo an logica sit pars philosophiæ, vel eius instrumentum; apud antiquos enim idem erat aliquã facultatem esse scientiã, & partem philosophiæ, vt testatur, Ammon. initio Prædicam. & Alex. 1. Top. ac Io.*

An logica sit scientia, & pars philosophiæ, vel eius instrumentũ.

Gram.

Gramm. 1. Priorum, ſicut etiam eſt videre à Diog. Laert. in vita Zenonis Cittici; Ad hoc autem vt huius quæſiti veritas habeatur, primò declarabo terminos, ex quorum declaratione, quid ſit ſecundùm veritatem ſentiendum demum aperiam, vltimò opiniones aliorum à veritate recedentes confutabo, ac eorum rationibus ſatisfaciam. Proponitur hæc quæſtio diſcutienda. An logica ſit ſcientia, ac philoſophiæ pars, vel eius inſtrumentum; quid nomine logices ſit audiendum, iam eſt notum ex ſuperius declaratis, ſolum quid per ſcientiam, quid per philoſophiæ partem, quidq́; inſtrumenti nomine ſit intelligendum, eſt declarãdum; ſcientia etſi multipliciter accipiatur vt eſt videre à Linconienſi. 1. Poſt. cap. 2. ac ibidem ab omnibus ferè expoſitoribus, in præſenti tamen accipitur ſcientia propriè, ac complexè dicta quæ à philoſophis diuiditur in actualẽ, & habitudinalẽ; Actualis illa dicitur, quam intellectus actu habet, habendo aliquam demonſtrationem, quæ perije actu illo pereunte, quæ ſcientia actualis potiſſimum accidit in demonſtrationi-

Ordo procedendi in quæſt.

Scientia duplex.

Quid ſit ſcientia actualis.

tionibus mathematicis, quæ ſcientiam gignunt, dum actu habentur, ceſſante verò actu, ceſſant, & ipſa ſcientia; de qua ſcientia actuali loquutus eſt Ariſt. 1. Top. cap. 8. dum dixit ſciẽtias eſſe infinitas, quoniam, & demonſtrationes ſunt infinitæ, cum hæc ſcientia actualis multiplicetur ad multiplicationem rerum ſcitarum, de ea etiam loquutus eſt Ariſt. 1. Ethic. verſus finem, dum dixit, ſapientem per dimidium vitæ differre à ſtulto, quia ſapiens dum dormit non ſcit. ſ. actu; Scientia habitudinalis eſt habitus quidam in intellectu productus, in ipſoq; hærens ex multarum operationũ frequentatione, de qua ſcientia poſſunt verba Auerrois 2. de Anima com. 24. & 4. Phyſ. com. 25. intelligi, dicentis, Scientia eſt in anima ſicut forma, qua ſcientia pereunte, actu non perijt ille habitus, immo remanet in intellectu; de qua loquutus eſt Ariſt. 1. Poſt. tex. 42. dicens, Vnitatem ſcientiæ dependere ab vnitate obiecti, ſcientiamq; vnam genere, vel ſpecie eſſe ab obiecto generico, vel ſpecifico; quæ ſcientia habitudinalis, ſeu qui habitus generatus ex frequẽ-

Quid ſit ſcientia habitudinalis

tatis

tatis operationibus poteſt ſub ſe continere multas ſcientias ſpecie, ſicut philoſophia continet ſub ſe multas partes ſcientiæ, ſpecificè differentes; de qua in præſenti loquimur, quam diffinientes, non recedemus ab Ariſt. 6. Ethic. cap. de ſcientia; Primo Poſt. cap. 2. & primo Phyſ. tex. 1. ac in prooemio Met. & dicemus, quòd ſcientia eſt habitus, ſeu cognitio rerum verarum, et æternarum acquiſita per demonſtrationem, gratia ſcire; Secundus terminus declarandus eſt philoſophia, quam velle quid ſit declarare ſatis longum eſſet, quilibet tamen poterit hoc videre ex lectionibus noſtris æditis ſuper proœmio de Phyſico Auditu, & ab Ammo. initio Prædicab. hoc tantùm nunc addam, quòd Ammo. afferens quintã philoſophiæ diffinitionem, quàm maximè deficit, nam dicit, Philoſophiam eſſe artẽ artium, & ſcientiam ſcientiarum, & addit Ariſtotelem huiuſmodi aſsignaſſe diffinitionem, tanquàm cæteris digniorem, ac perfectiorem; qui ſic dicens non eſt audiendus, cum hanc tribuat Ariſt. diffinitionem, quæ apud eum nullibi reperitur; Si tamen velimus

Quid ſit ſcientia vere.

Quid ſit philoſophia.

Ammonij error.

mus

mus eam diffinire, dicemus Philosophia est cognitio rerum, prout sunt gratia veritatis: & hac coincidit cum prima diffinitione data ab Ammon. ibidem; quæ magis erit acceptanda, cum doctrina Aristotelica aliarum diffinitionum sit accommodatissima, ac aptissima; cui subscribere videtur Plato dicens, Philosophia est cognitio rerum humanarum, ac diuinarum. Vltimus terminus declarandus est instrumentum, breuiter dico Instrumentũ nil aliud esse, quã id, quo operamur: quod erit quàm maximè differens à facultate, cum facultas sit illa, quæ vim, ac naturam instrumenti declarat. Et hæc pro declaratione terminorum. Ad secundam accedamus partem, in qua veritas quæsiti est aperienda, quã explico hac sola propositione, Logica, ne dum secũdum doctrinam Arist. sed nec secundũ quamcunq; aliam, vllo modo est scientia, nec philosophiæ pars. Quam propositionem probo auctoritatibus, & rationibus tàm ab Arist. quàm ab alijs auctoribus desumptis, & in primis accipio diffinitionẽ sciẽtiæ sumptã ab Arist. locis præcitatis, quæ talis fuit.

Quid sit instrumentũ.

Quid sit facultas.

Quæsiti determinatio

Auctoritates quibus probatur logicam non esse sciẽtiã.

fuit, Scientia est cognitio rerum verarum, necessariarum, ac æternarũ, acquisita per demonstrationem gratia scire; Sed logica non versatur circa res æternas, sed circa entia rationis, seu circa modos arguendi, quæ talia non sunt res veræ, nec æterna: nisi valdè æquiuocè; ergo logica nedum erit, immo nec esse poterit scientia. Sed quis dicet Aristotelem diffiniisse scientiam, quatenus sub illa complectitur cognitionem omnium, & quarumcunq; rerum; sicq; logica poterit dici scientia: qui sic respondens nõ erit audiendus, cum faciat Aristotelem magnam committere æquiuocationem; quod probo, enti rationis, & enti reali nihil est commune vniuocum: ergo nec sub vna propositione vniuoca hæc talia poterunt contineri: quæ si continerentur, tunc illa propositio satis esset æquiuoca. Præterea, est auctoritas clara Arist 1. Rhet. ad Theod. cap. 2. dicentis, Qui dicit Rhetoricam, & Dialecticam esse scientias destruit earum naturas, cum eas faciat de rebus, cum sint de vocibus: & ibidem in fine cap. postquàm assignauerat diuisionem loci in communem, &

prium dixeratq́; per locum cõmunem homi nẽ, nec prudentem, nec ſcientem fieri, ſubdidit, Rhetoricã, et Dialecticã de hoc loco per tractare, et malè eos facere, qui in Dialecticam introducunt locos proprios: quibus auctoritatibus aduerſarij nullo modo poſſunt occurrere: hoc tantum poſſunt dicere, Ariſtotelem ibi de Dialectica eſſe loquutũ hoc eſt de Topica, quod & nos admittimus: ſed dicimus, quòd, cum totius, & partis ſit eadem natura, ſi pars logices, quæ eſt Topica ſcientia non eſt vocanda, neque tota Logica poterit ſcientia vocari. Accedit tertia auctoritas Ariſt. 1. Top. cap. 8. vbi voluit ea, quæ in logica tractantur eſſe alijs ſcientijs adminiculantia, & non eſſe gratia ſcire; vt ex Alex. etiam ibidem apparet: modo cum finis ſcientiæ ſit ipſum ſcire, tunc inferẽdũ eſt logicam ex parte finis nõ eſſe ſcientiam, nec ex parte ſubiecti; vt iam ſatis conſtat ex præcitatis auctoritatibus; Ideo hoc animaduertens Ariſt. 2. Met. tex. 15. ſeparauit logicam à ſcientia, dixitquè. Abſurdũ eſſe ſimul quærere ſcientiam, & modũ ſciẽdi, ibiquè per modum ſciendi intelligebat

logi

logicam ſicut expoſuit Auer. ac ferè omnes alij exponunt; quam ſentẽtiam inſequutus fuit Galen. 2. de Temp. cap. 2. dum dixit. Principium prauorũ dogmatum eſſe ſimul quærere ſcientiam, ac modum ſciendi .i. logicam. At quidam recentiores conantur hanc euadere, dicuntq́; logicam in ſuimet propriam naturam eſſe ſcientiam: alijs vero ſcientijs eſſe modum ſciendi; quæ fuga nullius eſt roboris: quia ſi veritatem haberet, neceſſariò tunc horum alterum ſequeretur, aut ſcientias omnes non egere modo ſciendi, aut quòd inſimul ſcientia, & modus ſciendi addiſceretur. Oſtendo primum ſequi, Logica enim quæ ſecundùm eos eſt ſcientia, non indiget hoc ſciendi modo: ergo non omnis ſcientia egebit hoc ſciendi modo; quòd ſi dixerint logicã hoc ſciẽdi modo egere, tunc alterum abſurdum ſequetur, nempè ſcientiam, & modum ſciendi inſimul addiſci: cum ſecundum eos logica ſit ſcientia. At fortaſſe dicent logicam indigere modo ſciendi: ſed illum ſciendi modum eſſe à logica diſtinctum; ſic q́; non ſequi inſimul addiſci ſcientiam, & modum ſciendi. quod abſurdum

surdum sequeretur si ille modus sciēdi, quo eget logica, non esset distinctus à logica. Quod si dixerint, solutio nullius erit roboris: nam ille sciendi modus, quo logica addiscitur, vel scientificè explicatur, et dat cognitionem alicuius veritatis, vel non; Si primum, ergo erit scientia: ergo egebit alio sciē di modo. & tunc de illo alio sciendi modo idem petam; negareque non poterunt, quin ille talis modus sit scientificus, & scientificè explicatus: ergo erit scientia; sicque in infinitum esset processus. si secundùm dixerint, ille tunc sciendi modus valdè erit inutilis, cum non sit scientificè traditus, nec alicuius veritatis cognitionē pariat. Quòd si cum Auicenna dixerint, vt refert Aegidius in prooemio primi Post. non esse absurdum in operationibus animi, & in demonstrationibus dari processum in infinitum; fuga hæc adhuc non erit valida: quia si sic, tunc sequeretur nihil posse sciri: cum infinitum sub ratione, qua infinitum sit impertransibile; sitque ignotum, nec sub demonstratione possit cadere, & hæc fuit sententia Arist. 1. Phys. tex. 35. 2. Met. tex. 11.

ac

ac Auer. 8. Phyſ. com. 8. Neque Latini ſunt audiendi, qui dicunt per modum ſciendi eſſe intelligendum Dialecticam vtentē: per ſcientiam vero Dialecticam docentē: quia ſequeretur Ariſtotelem malè dixiſſe, inſimul vtrunquè non poſſe addiſci, dum enim addiſcimus ſcientias, inſimul, & ſemel addiſcimus logicam vtentē, cum logica vtēs ſecundùm ipſos ſit, quæ vtitur præceptis datis in alijs ſcientijs; Præterea modus ſciē di eſt ille, qui dat præcepta benè ſciendi, non ergo per modum ſciendi poteſt intelligi logica vtens, cum ipſa non doceat huiuſmodi præcepta benè ſciendi; Præterea, ſi per modum ſciendi intelligeretur logica vtens, ergo Ariſt. potius debuiſſet dicere vſum ſciēdi, quàm modum ſciendi, cum logica vtēs ſit modus; Sed proſequor afferendo alias auctoritates, quibus probo logicam nō eſſe ſcientiam; & hæc erit quinta in ordine deſumpta ab Ariſt. ex. 4. Met. tex. 1. & ex. xi. Met. cap. 3. vbi Ariſt. ponebat hoc diſcrimen inter Metaphiſicā, & omnes alias ſcientias, quòd Met. tractat de ente vt ens eſt, aliæ verò ſcientiæ de ente contracto, at

Vide infrà in principio lectionis ſequentis, vbi cōfutatur hęc diſtinctio.

si logica esset scientia, malè vtiquè dixisset Arist. alias scientias tractare de ente contracto cum logica tractet de ente vniuersalissimè sumpto; Quod etiam confirmatur ex locis nunc præcitatis ac ex. 2. Met. tex. 3. vbi Arist. diuidit scientias in practicas, & contemplatiuas, quarum nulla est logica, non actiua, cum prò fine nō habeat opus extrinsecum, nec contemplatiua, quoniā teste Arist. 6. Met. tex. 2. hæc diuiditur in tres, in Metaphysicam, in Naturalem Philosophiam, & in Mathematicam, sub quarum nulla continetur logica, ergo non erit scientia; quòd verò logica nec practica sit, nec speculatiua, hoc infrà examinando fiet clarius; Nec id quod nō nulli Latinorū dicunt, est alicuius roboris, dicunt enim Aristotelem eo loco diuisisse scientias speculatiuas reales, minimè autem speculatiuas rationales, in quarū numero est logica; Hæc responsio non valet, quia si Arist. existimasset logicam esse scientiam speculatiuam rationalem, sine dubio de hac scientia rationali, aliquo in loco verba fecisset at nullibi de ea mentionem facit, ergo non erit scien-

tia,

tia, sicut enim in 6. Met. diuidit ens in reale, & rationis, sic etiam alicubi diuisisset scientiam in realem, & rationalem, quod tamen nullibi fecisse legitur, ergo signum euidens est ipsum iudicasse logicam nõ esse scientiam; Accedit, quòd Arist. diuidens philosophiam contemplatiuam 6. Met. tex. 2. diuisit illam in Naturalem philosophiã, Mathematicam, ac Diuinam, sub quarum nulla continetur logica, ergo sequitur logicam nullo modo philosophiæ partem esse; quod adhuc confirmatur, si accipiamus diuisionem vniuersæ philosophiæ in theoricã, & practicam ab Arist. datam. 2. Met. tex. 2. sub quarum nulla continetur logica, sicut infra in proprio quæsito explicabo; Addo vltimo verba Arist. 2. Met. tex. 3. dicentis, Philosophiam esse veritatis contemplatricem, & primò eiusdem cap. 2. dicebat, philosophiam esse sui gratia, nec aliò referri, at logica non est gratia veritatis nisi, vt alijs scientijs aptatur, nec est sui gratia, sed aliorum, teste Arist. primo Top. cap. 8. asserente, ea quæ in logica tractantur esse alijs sciẽtijs adminiculãtia, ergo logica philosophiæ

pars minimè erit vocanda; Quod tandem confirmo ex dictis aliorum antiquorum, & primò ex ijs quæ ſcribit Diog. Laert. in vita Ariſt. qui dixit. Decretum peripateticorũ eſſe, philoſophiam diuidi in Practichin quæ in actione, & in Theorichin, quæ in contemplatione conſiſtit, Logicam verò perfectiſſimum eſſe philoſophiæ organum; Addo demum rationes omnium Græcorum, præcipuè Alex. & Philoponi primo Priorum, qui ſic arguunt; Si logica eſſet philoſophia pars, philoſophia multis artibus mechanicis eſſet ignobilior, probant conſequentiam, omne vtens aliquo eo, quo vtitur eſt præſtantius, Ars medica vtitur logica, ergo Ars medica erit logica præſtantior: Sed logica eſt philoſophia cũ inter eius partes ſecundũ aduerſarios reponatur, ergo Ars medica erit præſtantior philoſophia; Arguunt ſecundò ibidem, & Ammon. initio Prædicam. Illud non eſt alicuius pars, quod cum eo in materia, & fine non conuenit, at logica nec in materia, nec in fine cum philoſophia conuenit, ergo logica non erit philoſophiæ pars, nec particula, Maior eſt euidens, cùm totum

Rationes ex peripateticis deſumptæ, & quibus probatur logicam nõ eſſe ſcientiã.

totum, & pars eiuſdem debeant eſſe naturæ; & hæc fuit Galeni ſententia in de Conſtit. Artis Medices dicentis, Totum, & pars in fine conueniunt, & in materia non diſcrepant; Minor probatur, materia enim logices ſunt voces, ſeu entia rationis, ſeu modi arguendi, de hoc tamen magis infrà in proprio quæſito, eius verò finis eſt deſeruire alijs ſcientijs, at philoſophiæ materia ſunt ipſe res, eius verò finis eſt contemplatio, vel opus, quæ maximè diſtinguuntur, ergo logica mininè eſt philoſophiæ pars; Arguit 3. Ammon. loco prællegato; Pars non continet aliam partem, vt exempli gratia, brachium non continet caput, nec manus nares, at vniuerſa philoſophia logicam continet, & amplectitur. ergo logica nõ eſt pars philoſophiæ, maior propoſitio iam eſt manifeſta, et inductione declaratur, Minor etiã eſt manifeſta, cum nulla ſit philoſophiæ pars quæ ſit logica deſtituta; Quartò arguit Philop. Pars vna deſtructis alijs partibus ſuam vim, & dignitatem tuetur, at deſtructis partibus philoſophiæ, nempè actiua, ac contemplatiua philoſophia deſtructa, de-

struitur & logica, ergo philosophiæ pars nõ erit ipsa logica; Maior propositio inductione est euidens; Minorem probat, nam si è medio actiua, et cõtẽplatiua philosophia auferatur, cui rei erit vsui logica? Quinto arguit Alex: (& hæc ratio de directo procedit contra Stoicos, non contra latinos) dato, sed non concesso, quòd logica non sit organum, sed pars philosophiæ, & per consequens sit scientia, ob hoc tamen coacti eritis affirmare, aliquã fuisse à philosophis inuentam logicam, quæ philosophiæ inseruiret; Tunc probo, dicit Alex. talem logicam philosophiæ partem non esse; Logica quæ philosophiæ pars est nulli deseruit facultati; quæ propositio est manifesta, cũ talis logica non assumatur, vt instrumentum ad alias facultates consequendas, at logica hæc posterior nobis tanquam instrumentum deseruit, prò acquisitione aliarum facultatum, ergo non erit philosophiæ pars; Sextò, & vltimo arguit Philop. Primò Priorum, & Ammon. initio Prædicam. Quæ conueniunt logicæ, parti philosophiæ non aptantur, nec è contrà, quæ parti philosophiæ aptãtur, minimè

ipſi logicæ conueniunt; ergo logica nequaquam philoſophiæ erit pars; antecedẽs probant, logicæ conuenit cæteris ſcientijs, ipſique philoſophiæ inſeruire, cũ ſit aliarũ miniſtra, hoc autẽ philophiæ partibus nullo modo aptatur, eſt.n. ipſa philoſophia ſui ipſius gratia, ſi ſic, ergo logica etiam à quibuslibet philoſophiæ partibus erit diuerſa; Hæ ſunt rationes, quibus ij grauiſsimi philoſophi aſſeruere logicam non eſſe ſcientiam, nec philoſophiæ partem; Quorum ſententiæ ſubſcripſerunt quàm multi alij; & in primis Simpl. initio Prædicam. qui aſſeruit opera Ariſt. quædam Theorica, quædam practica, quædam verò organica eſſe, ſub librisq́; organicis contineri dixit libros Rhetorices, ac Dialectices, Eiuſdem fuit opinionis Themiſt. 1. Poſt. cap. 24. ponens differentiam inter Dialecticam, & Sapiẽtiam, dixit; quòd Dialectica ad nullum genus ſcientiæ reducitur, quoniam de nullo ente determinato agit; at Sapientia eſt altiſsima ſcientia; Auer. etiam idem voluit in Epit. Met. initio, dum dixit, Dicimus enim alias eſſe artes, quæ in ſpeculatione poſitæ ſunt,

alias

alias, quæ actionem respiciunt, alias verò quæ ijs inseruiunt, vt sunt artes logicæ. Idem voluit in Epit. logices initio lib. Post dicens, Philosophiam esse de rebus existentibus extrà animam, minimè logicam ipsam, si sic, ergo logica non erit philosophiæ pars; Eandē habuit sententiam Primo Met. com. 44. quæ etiam confirmari potest ex dictis ipsius 3. Phys. com. 4. dum dixit, quòd via ad rem quid aliud est ab ipsa re, sed logica est via ad alias sciētias ex eius verbis primo Met. tex. 15. ergo non erit scientia; Et ideò oppositum asserentes, veritate coacti hoc idē affirmāt, vt Albert. Primo Post. tractatu primo: postquā dixerat Analasin esse scientiàm, subiunxit, sed potius fortasse melius dicemus esse modum sciendi exactissimum, non autem propriè scientiam; Idem Alphar. in principio suæ logices, ac Aegid. Primo Post. qui dixere, Sententia Arist. est 2. Met. tex. 15. Logicam nō esse scientiā propriè, sed modum sciendi. Leui etiam super Auer. & super primam annotationem Porphirij, idem apertissimis verbis dixit, & dat rationem, quoniam logica determi-

determinatè circa nihil verſatur, nullius naturam explicat, ſed inſeruit alijs ſcientijs; M. Tullius Cic. in Partit: hanc eamdem voluit ſententiam dicens, Dialecticã, & Rhetoricam philoſophiæ eſſe miniſtras; Ex quibus iam conſtare arbitror propoſitionem datam, qua determinauimus quæſitũ propoſitum, habere veritatem. Reliquum modò eſt, quid ſenſerint alij afferre, eorumq́; dicta confutare, ac rationibus ipſorum ſatisfacere, de quibus in ſequenti Lectione.

LEC. IIII.

IN propoſita difficultate an logica ſit ſcientia, ac philoſophiæ pars, an ſit inſtrumentum, quid eſſet ſecundum veritatem aſſerẽdũ in extrema Lectione declarauimus, diximus què logicam nullo modo eſſe ſcientiam, nec philoſophiæ partem; Quam concluſionem non modò ſecundũ Ariſt. doctrinã probauimus, ſed etiã ſecundũ ſententiã omnium ferè antiquorum; Proſequor nunc alia via eandem concluſionem comprobando; quod genus probationis pendet ex impu-

Diuisio logices in vtẽtem, & docentem cõfutatur.

impugnatione, & solutione contrariarum rationum, ac opinionum; Et in primis adnoto communem illam distinctionem ab omnibus ferè latinis datam de duplici logica, quòd alia sit logica vtens, alia verò docẽs; quam distinctionem nullam esse ostendo, & per consequens id quod inferunt ex ea distinctione nullius esse roboris assero; si enim datur logica vtens peto vel est habitus à logica docente distinctus, vel non, si est habitus distinctus, arguo sicut ipsi Latini; talis habitus non est Intellectus, non Prudentia non Sapientia, non Ars, ergo Scientia erit, quod tamen ipsi negant, si verò dixerint logicam vtentem non esse habitum distinctum à logica docente, sequetur, ergo talem habitum esse scientiam, sicuti etiam est logica docens; Respondent Latini huiusmodi habitum esse re indistinctum à logica docente, ratione verò distinctum; Quæ respõsio est nulla, cum huiusmodi distinctio rationis non sit sufficiens ad caussandum vnum habitum scientiam, alium verò non; & hoc probo, vel enim intellectus noster in hac distinctione reperit aliquod fundamentum à

parte

parte rei, vel non; ſi reperit, male ergo eſſet ordinata Ars, ac Natura, quod probatur, natura enim ordinaſſet habitum docentem fundamentaliter diſtinctum ab vtente, nobiliorem ex ſui natura, ac habitum ignobiliorem; ſi dixerint ſecundum, tunc erit mera fictio, non ſecus, ac quando fingimus Chimeram eſſe aliquid; Amplius, iſte habitus vtens, qui ratione eſt diſtinctus ab habitu docente (vt dicunt Latini) nō eſt diſtinctus ab alijs ſcientijs, ergo non datur, probo antecedens; ſi enim hic habitus vtens diffinit, diuidit, ac demonſtrat, ergo conſtituit ſcientiam, cum ſcientia ſit habitus rerum demonſtratiuus, tunc ergo non erit diſtinctus à ſcientia, quam conſtituit, exempli gratia ſi iſte habitus ſit in naturali philoſophia; cum difiniat, diuidat, ac demonſtret res ibi conſideratas; tunc conſtituet naturalem philoſophiam; ſimiliter, & in mathematicis, ac metaphyſicis rebus erit dicendum; Amplius, ſi huiuſmodi habitus vtens ratione eſt diſtinctus à docente, erit ergo ſcientia; quod conſequens ſicut ipſi non admittunt, ſic nec illud ex quo ſequitur debent

conce-

concedere; probatur consequentia, accipiatur habitus analyticus vtens, cum iste habitus vtatur praeceptis datis ab habitu docente in scientijs, & rebus ipsis, ergo erit scientia; cum scientia sit habitus demōstratiuus in re; hæc ergo distinctio de du duplici logica, idq́; quod ex tali inferunt distinctione nullius esse roboris iam erit manifestum. Reliquum modo est satisfacere rationibus illorum, qui alteram tuentur opinionem, nempè logicam esse scientiam, ac philosophiæ partem, quam opinionem voluerunt Stoici, & multi ex latinis; quorum opinionem suis rationibus ornatam in primis afferam, quibus demùm respondebo; Dico itaq́ Stoicorum antiquissimam fuisse sententiam, Logicam esse scientiam, ac philosophiæ partem, vt testatur Diog. Laer. in vita Zenonis Cittici, quo in loco philosophiam in tres diuisit partes, nempè Physicen, Ethicen, & Logicen; cuius diuisionis inuentor primus inter omnes Stoicos fuit idem Zeno in lib. de ratione; Chrysippus in lib. de oratione; Apolodorus Ephillus in lib. quem inscripsit (introductio ad dogmata)

Opinio Stoicorū, ac eorū rationes, quibus probāt logicā esse scientiam, ac philosophiæ partem.

ta) Eudromus Stoicus in Inſtitutione morali, ac quàm plures alij Stoici, quam diuiſionem explicare intendentes, his vtebantur ſimilitudinibus, dicebantq́; philoſophiã perſimilem eſſe agro, cuius ſepes eſt logica; humus, & arbores Ethica, fructus verò Phyſica; adhuc eſt ſimilis animali, cuius oſſa, & nerui logica, carnes, Ethica, anima Phyſica; adhuc philoſophia eſt ſicut ouum, cuius cortex logica, album Ethica, intimũ Phyſica; Hisq́; rationibus ſuam comprobabant ſententiam, Illud, quo aliud vtitur, & non eſt pars, vel particula alterius, erit pars, vel particula vtentis, at philoſophia vtitur ipſa logica, quæ nec pars eſt nec particula alterius, erit igitur logica pars ipſius Philoſophiæ; maiorem declarant hac ſimilitudine ſumpta à Medica facultate, qua vtitur victus ratione, quam Græci διαιτητικὸν nominant, quæ cum nullius ſit pars vel particula erit ergo pars, vel particula facultatis Medices, in qua maiore propoſitione appoſita ſunt illa verba, nempè quòd (illud nullius ſit pars, vel particula) quia ſi è contra eſſet, argumentum non valeret,

leret; exemplũ eſt de Aſtronomia, qua vti tur Ars nauigandi, quæ Aſtronomia cũ ſit pars, ac particula ipſius philophiæ (eſt.n. pars Mathematices) contemplatricis verò particula, ideo non erit pars, nec particula, Artis nauigandi; Secundo arguunt, nulla Ars ſuũ molitur inſtrumentũ, ſed philoſophia, & aliæ ſcientiæ efficiunt logicam, ergo logica non eſt inſtrumentum, & hæ duæ rationes adductæ fuerunt ab Ammon: initio Prædicam. Quibus addo alias duas has argumentationes; Illa facultas per quã aliæ ſcientiæ cohærent, & ſunt, eſt ſcientia, ſed per logicam aliæ ſciẽtiæ cohærent, & ſunt, ergo logica à fortiori erit ſcientia ob regulam Ariſt. 1. Poſt. cap. 2. propter quod vnũ quodq; tale, & illud magis; Præterea, philophia eſt perfectio intellectus, intellectus.n. perficitur per ſcientias reales; quo ad deſiderium rerum ſciendarum, per Dialecticã verò quo ad deſiderium rerum, & entium rationis; Logica ergo erit ſcientia, ac philoſophiæ pars; His rationibus Stoici ſuam ſtruunt opinionem; Quibus authoritates Ariſt. conſentire videntur; primò eſt autho-

Confirmatur opinio Stoicorum autoritatibus Ariſt.

ritas

ritas Ariſt. in Antepradicam. qui afferens ſecundam diuiſionem, dicebat ſcientiã prædicari de Grammatica, tunc per locum à minori datũ ab Ariſt. 2. Top. & 3. eiuſdẽ, arguitur, ſi de quo minus videtur ineſſe, & ineſt, ergo & de quo magis, Sed ſcientia minus Grammaticæ videtur conuenire, & tamen conuenit, ergo à fortiori, & de logica prædicabitur ipſa ſcientia; quod etiam confirmatur ex eius ſententia 2. Rhet. cap. 2. vbi ſupponit Dialecticam, & Rhetoricã eſſe ſcientias, & cum Dialectica, & Logica adinuicem confundantur, vt ſuprà adnotaui, ſi ergo Dialectica ab Ariſt. vocatur ſcientia, igitur & logica; Præterea. 1. Phyſ. tex. 8. dicebat Ariſt. munus naturalis philoſophi non eſſe diſputare contra negantes ſua principia, ſed hoc eſſe officium ſcientiæ communis omnibus, vbi per (ſcientiam omnibus communem) ne dum primam audit philoſophiam, ſed etiam ipſam Dialecticã iuxta communem ſententiam omnium expoſitorum, ſic illa verba exponentium, quæ etiam ſententia eſt Ariſt. Primo Top. dicẽtis, Dialecticam habere viam, ac methodũ

ad omnes, & quaſcunquè diſciplinas; cum autem Dial. ſub logica contineatur, vt iam dictum fuit, ſi illa eſt ſcientia etiam ipſa logica erit ſcientia; Hanc eamdem opinionẽ nonnulli ex Latinis ſequuti ſunt, vt Scotus in Prædicab. q. 1. qui eam comprobando vſus eſt his duabus rationibus; Logicus eſt ſciens, ergo logica eſt ſcientia, quam probat conſequentiam per locum à coniugatis datum ab Ariſt. 2. Top. logicus, & logica ſunt coniugata, idem ergo prædicatum vtriſq; conuenire poterit, quare ſi logicus eſt ſciẽs, logica etiam erit ſcientia; aſſumptum Scotus non probat, ſed illud ſupponit notum, ac ab omnibus cõceſſum; Secũda eius ratio hæc eſt; omnis habitus acquiſitus per demõſtrationem eſt ſcientia, vt conſtat ex diffinitione ſciẽtiæ, logica eſt habitus acquiſitus per demonſtrationem, cum in logica ſint omnia requiſita ad ſcientiam, quæ ſunt tria, vt ſcriptum reliquit Ariſt. Primo Poſt. tex. 25. primò adeſt ſubiectum, de quo demonſtrãtur paßiones, adſunt ſecũdò paßiones, quæ demonſtrantur de ſubiecto, reperiuntur tertiò & ipſa principia per quæ demonſtrantur

Rationibus Scoti confirmatur opinio Stoicorum.

tur passiones; subiectũ est Syllogismus, eius passiones sunt constare ex tribus terminis, esse in debito modo, et in debita figura; eius principia sunt, quemadmodum est diffinitio Syllogismi extremitatibus applicata, quare logica erit sciẽtia; His possumus addere & has duas rationes; Logica est habitus intellectus, vt iam est declaratum, & non est principiorum intelligentia, non Sapientia, non Prudentia, non Ars, vt probatum fuit, ergo erit Scientia; Vltimò, omnis habitus intellectus, cuius finis est scire, est scientia, logica est habitus intellectus cuius finis est scire, ergo logica erit scientia; minor propositio probatur, cum finis logices sit verum à falso secernere, illa autẽ facultas, quæ hoc præstat, habet pro fine ipsum scire, cum non ob aliud sit nisi vt veritatem cognoscat, & huic sententiæ omnes Latini videntur subscribere, asserentes logices finem esse verum à falso discernere; quod fortassis significauit Arist. Primo Top. cap. 2. dũ afferebat vtilitatem Dialectices ad ipsam philosophiam dicens, Quoniam potentes ad vtraq; dubitare, facilè in sin-

gulis verum intuebimur, & falsum, quare logica erit scientia, sicut Stoici asserunt, et alij eorum sententiam insequentes; Quibus eorũ argumẽtationibus facile est ex Ammon. occurrere, qui primò in ipsos retorquet eorum rationem, sic arguendo, Grammatica, Rhetorica, & Medica facultas vtũtur logica, alia vt suas regulas rectè se habere demonstret, alia vt placita sua constituat, quæ tamen neq; pars, neq; particula est alterius artis, erit ergo dictarum Artiũ pars, vel particula; Amplius, eorũ ratio dixit ibi Ammon. & Io. Gram. initio primi Priorũ, peccat in partium diminuta enumeratione, maior enim eorum propositio non est vera, nempè quòd illud quo alio vtitur, & nõ est pars vel particula alterius, sit pars, vel particula vtentis, immo stat, quòd sit eius instrumentum, nam Chirurgia vtitur phlobotomo, quod non est pars, nec particula alterius, ob hoc non sequitur phlobotomum esse partem, vel particulam Artis Chirurgices, immo est eius instrumentum, sic & in proposito, licet enim philosophia vtatur logica, ob hoc tamen non est necesse ipsam logicam

Soluuntur rationes Stoicorum.

gicam esse eius partem, vel particulam, sed eius erit instrumentum, Nec secunda eorũ argumentatio est alicuius roboris, cum assumat maiorem propositionem falsam, Ars enim fabrilis sibi malleum, & incudem conficit, nullum ergo erit incommodum logicã philosophiæ aliarumq; scientiarum esse instrumentum, licet ab illis efficiatur; Tertiæ rationi respondetur, sine logica alias scientias non consistere, ac esse, tanquàm instrumento verum esse, at quòd aliæ scientiæ non consistant absq; logica tanquàm earum parte, hoc est falsum; Vltimæ rationi fit satis, asserendo intellectum nostrum non per se appetere cognitionem entiũ rationis, sed quatenus sunt quædam media, quibus ipse intellectus fulcitur ad intelligendum res reales; Auctoritatibus autem ab Arist. desumptis facilis est solutio, si adnotauerimus Aristotelẽ sæpius nomine sciẽtiæ abuti, sicut etiã nomine artis sæpius abusus est, quemadmodũ supra adnotaui asserẽdo artis significata, & ideò si in locis prææallegatis vocauit Grammaticam, ac Dialecticam scientias ibi accipiebat scientiam la- Soluuntur auctoritates Aris.

Soluuntur rationes Scoti.

to vocabulo prò omni habitu cum diſcurſu acquiſito; Vt autem facile ſit euadere rationes Scoti, & aliorum, adnotetur hoc fundamentum ab Ariſt. deſumptum 2. Met. tex. 3. non quemlibet habitum per demonſtrationem acquiſitum conſtituere ſcientiam, ſed tantùm hoc conuenire habitui illi, qui eſt gratia ſcire: nam ſi ſit aliquis habitus per demonſtrationem acquiſitus operiquè coordinatus, talis habitus non obtinet nomen ſcientiæ; Ex quibus apparet artem verſari poſſe circà contemplationē, eamquè poſſe demonſtrationes conſtituere, vt colligitur ex Ariſt. 6. Ethic. cap. proprio de Arte, ob hoc tamen non ſibi conueniet nomen ſcientiæ, cum illa contemplatio, demōſtrationesq; illius artis operi coordinentur. Quo fundamento ſtante tollitur primùm Scoti argumentum, negando eius antecedens, quod ipſe ſupponebat eſſe verum, logicus enim nequaquam eſt ſciens, benè eſt cognoſcens; quod ſuppoſitum ſi quis voluerit probare ſecunda ratione Scoti, qua dicebatùr, omnis habitus acquiſitus per demonſtrationem eſt ſcientia, &c. Illi reſpondendum

dendum erit, inſimulq́; & ſecundæ rationi ex fundamento prænotato, iam enim dictũ eſt, non omnem habitum per demonſtratiotionem acquiſitum eſſe ſcientiam, ſed tantùm illum, qui eſt propter ſcire; ſed conceſſa illa maiori, adhuc argumentũ illud ceſſat, quia deficit in minori propoſitione, cum logica non ſit habitus acquiſitus per demonſtrationem, cuius oppoſitum aſſerebat Scotus, cuius ſententia eſt falſa; quia requiſita ad ſcientiam non ſunt in logica, eius enim ſubiectum eiuſquè paßiones non ſunt entia realia, habitus verò, qui eſt ſcientia eſt de rebus, vt patet ex diffinitione ſcientia, quam ſupra ex mente Ariſt. adduxi; Adhuc logica nõ poteſt dici ſcientia, cum eius finis non ſit ſcire, ſed alÿs inſeruire ſcientÿs; At quia in vltima ratione dicebatur logices finem eſſe ipſum ſcire; Ideò illi nunc erit reſpondendum negando minorem propoſitionẽ illius rationis, quæ minor probabatur ex communi omnium conſenſu aſſerentium logicam ſecernere verum à falſo; quod dictũ ita ſimpliciter acceptum non eſt verum, cum enim logica non ſit de rebus

 mini-

minimè hoc præſtare poteſt; ſed illud dictum admittitur ad hunc ſenſum, logica verum à falſo dijudicat. i. docet inſtrumenta quibus verum à falſo dijudicamus in alijs ſcientijs, ipſa autem logica minimè ſecernit verum à falſo, minimè etiã eſt propter ſcire; Et ſiquis obijciat, non ne ſaltem finis logices eſt ſcire illa inſtrumenta per ſe? ergo finis logici erit ſcire; Negandum eſt illud aſſumptum, bene finis logici eſt cognoſcere illa inſtrumenta, quatenus alijs inſeruiunt ſcientijs, & hoc ſcriptum reliquit Ariſt. Primo Top. dicens problemata logices non eſſe gratia ſcire, nec gratia electionis, ſed adminiculantia eſſe problematibus quæ ſunt gratia ſcire, vel gratia electionis; Ex quibus clarè colligitur logices finem eſſe cognoſcere illa problemata, vt alijs adminiculantur ſcientijs, ac artibus; Fuit alia ratio in qua dicebatur logica non eſt principiorum intelligentia, non Sapientia non Prudentia, non Ars, erit ergo Scientia, & hæc ratio etiam adducta fuit initio huius quæſtionis; cui reſpõdetur logicam nullum iſtorum quinq; habituum

habituum eſſe, nec ſub aliquo illorum contineri; quia illi quinq; habitus enumerati, ſunt habitus reales, & principales intellectus, logica autem eſt habitus inſtrumentalis, minimè realis, cum non verſetur circà res, vt iam eſt probatum, ſed circà modos arguendi, doceatquè inſtrumenta quibus dijudicamus verum à falſo in cæteris ſcientijs, quare nullus illorum quinque habituũ erit, illis tamen inſeruiet, ſicquè ſolutis rationibus Stoicorum, & aliorum conſtabit, logicam propriè loquendo minimè eſſe partem philoſophiæ, nec ſcientiam; Si quis tamen voluerit ipſam vocare ſcientiam, vel philoſophiæ partem poterit quidem, ſed ei neceſſe erit abuti nomine ſcientiæ, ac philoſophiæ, vti q; his nominibus impropriè, et accipere ſcientiam pro quacunq; cognitione certa, ac euidenti, ſeu pro quocunq; habitu certo, & euidenti cum diſcurſu acquiſito, iuxta quam ſignificationẽ argumenta Stoicorum, ac Scoti, & aliorum erunt admittenda; Sed tunc attendendum eſt talẽ ſcientiæ ſignificationem non eſſe peripateticam, ſed à Stoicis, ab Academicisq; deſumptam,

Quomodo logica poſſit vocari ſcientia, & pars philoſophiæ.

quare

quare ſi propriè, vt decet, loqui volumus aſſerendum eſt logicam non eſſe ſcientiam; pro certo tamen eſt habendum ipſam eſſe ſcientificè traditam, non ſecus ac aliæ ſciẽtiæ, & artes, quæ rerum ſuarum certam, ac euidentem tradunt cognitionem, ſcientificoq́ modo procedunt, ob hoc tamen non eſt inferendum ipſam eſſe ſcientiam, quemadmodum nec dicemus horologium eſſe artẽ conficiendi horologia, licet artificioſo modo procedat, artificioſeq́; ſit conſtitutum; Si ergo logica non eſt ſcientia propriè, & verè loquendo, quid igitur erit dicet ille? Reſpõdendum eſt ipſam eſſe Inſtrumentum, quod dictum rectè intelligatur, cum nec propriè ipſa ſit inſtrumentum, vt colligitur ex diffinitione inſtrumenti prænotata; Sed vocatur habitus inſtrumentalis, quatenus docet conditiones requiſitas inſtrumentis cognoſcendi; hocquè modo ab antiquis dicta eſt inſtrumentum; quam etiam ſententiam volunt dicentes logicam eſſe ſcientiam rationalem; pro quo eſt adnotandum, aliquam facultatem dici rationalem, id poſſe altero modo intelligi, vel dicitur rationalis, quia habet

Logica non eſt ſcientia licet ſit ſciẽtificè tradita.

Quomodo logicá dicatur Inſtrumentũ.

Dicẽtes logicam eſſe ſcientiam rationalẽ, idẽ dicunt, ac ſi dicerent eſſe Inſtrumentũ.

habet eſſe in intellectu, qui ſenſus eſt falſus, quia tunc ſequeretur quamlibet ſciẽtiam realem eſſe rationalem, cum qualibet ſcientia realis habeat eſſe in intellectu, vel aliqua facultas dicetur rationalis, quatenus agit de orationibus, quæ alijs auxiliãtur ſcientijs, ad quem ſenſum erit admittendum logicam eſſe rationalem, ſed ſic dicentes, nil aliud dicunt, quàm logicam eſſe habitum inſtrumentalem, ſcientia.n. rationalis modo dicto ſumpta, & habitus inſtrumentalis coincidunt, quare tantùm in verbis erit differentia; & hæc dicta ſint ad mentem Ariſtotelis; Quæ modò fuerit Platonis ſententia in hoc quæſito, reliquũ eſt declarare, varius enim videtur eſſe Plato, & adeò varius, quòd difficile fuerit dijudicare quid ipſe ſenſerit; Quòd ambiguè Plato ſit loquutus teſtatur Ammon. in Prædicam. qui dixit Platonem in Parmenide vocaſſe dialecticum garulum, ipſamq́; Dialecticam garulitatem, hoc eſt altercatiuam, ac nugatiuam, adoleſcentesq́; in ea prius dixit fore exercendos, ne ipſos veritas fugiat, ex quo ſequitur ipſum non voluiſſe

Quot modis aliqua facultas dicitur rationalis.

Quid ſenſerit Plato de logica.

voluiſſe logicam eſſe philoſophiæ partem, ſed potius inſtrumentum, ſi enim dijudicaſſet ipſam philoſophiæ partē, non vocaſſet ipſam garulitatem, quia ſic dehoneſtaret philoſophiã, quam tamen ſemper magnificit, ſi enim logica philoſophiæ eſſet pars, garula, ac nugoſa eſſet ipſa philoſophia, quod cum non ſit dicendum, erit ergo eiuſdem inſtrumentum; Ex altera autem parte, Plato in Phædro videtur voluiſſe logicam eſſe partem philoſophiæ, ac inſimul inſtrumentum, idquè minimè contrariari, ſicut enim manus eſt corporis pars, ac inſtrumẽtum, ſic idem de logica eſt aſſerendũ, nempè ipſam eſſe philoſophiæ partem, ac inſtrumentũ. quam ſimilitudinẽ rectè vt arbitror Io. Gram. Primo Priorũ in fine ſuæ præfationis cõfutat, dicens hic maximã fore deceptionẽ non .n. manus corporis pars, ac inſimul inſtrumentum eſt. ſed hoc eſt reſpectu diuerſorum; quippe manus animæ ſit inſtrumentum, corporis vero pars, quare ſecundùm hanc ſimilitudinem logica inſimul inſtrumentum, & pars minimè eſſe poterit, cum in exemplo ſumpto à manu non fiat compa

Quomodo logica poſſit eſſe pars philoſophiæ, ac inſtrumẽtũ.

ratio

ratio eiuſdem ſecundum idem, & eodem modo, ſed reſpectu diuerſorum. Ideo Io. Gram. ibidem alium cogitauit modum conciliandi hæc duo dicta, nempè logica eſt pars Philoſophiæ, logica eiuſdē eſt inſtrumentum, qui eſt talis; Logica eſt pars Philoſophiæ ut rebus ipſis eſt coniuncta, eſt verò inſtrumentum, vt à rebus eſt ſeparata; Quæ Io: Gram. ſententia in hoc videtur deficere, nam dicens, logicam philoſophiæ partem eſſe, vt rebus eſt annexa, contra immo dicendum eſt potius eſſe ipſam met philoſophiam, nō autem philoſophiæ partem, quod declaro, logica .n. coniuncta ipſi phyſicæ eſt ipſa phyſica, ſimiliter coniuncta primæ philoſophiæ eſt ipſa met prima pilhoſophia, et ſic de alijs, quare potius videtur dicendum Platonem ſemper voluiſſe logicam philoſophiæ partem eſſe, & præcipuè cum eſt alijs coniuncta ſciētijs, præſertimq; ipſi Metaphyſicæ, ita tamen vt ab illa minime diſcernatur, ſicq; erit aſſerendum Platonem et Stoicos eiuſdē fuiſſe opinionis, ac ipſum cum Stoicis philoſophiam in tres ſecaſſe partes, nempè in cōtemplatiuam, actiuam, & rationalem;

Oppo-

Oppoſitum autem vtriuſque ſententiæ Peripateticos voluiſſe, nempè logicam eſſe inſtrumētum, philoſophiamq; tantū in duas eſſe partes diſtributam in contemplatiuam ſ. & actiuam, quæ Peripateticorum diuiſio erit quoque magis approbanda, & ratio eſt, quia vna diuiſionis pars alteri non debet coordinari vt regula, ſeu vt inſtrumentum, cum autem logica ſit inſtrumentum ipſi philoſophiæ, tàm actiuæ quàm contemplatiuæ, non ergo pars diuidens philoſophiã vocari poterit ipſa logica, ſicquè aſſero peripateticos in hoc rectius ſenſiſſe; Logica ergo erit habitus inſtrumentalis modo tamen declarato, nempe ratione qua docet conditiones requiſitas ad inſtrumenta cognoſcendi, quibus mediantibus poſſimus in contemplatiuis verum à falſo ſecernere, in actiuis verò bonũ à malo; & hæc de hac quæſtione; In ſequenti perpendemus, an logica ſit habitus communis, vel proprius, & quicunq; fuerit, an ſit habitus contemplatiuus, vel practicus. &c.

Quæ opinio ſit rectior de logica an opinio Stoicorũ vel Peripateticorũ

LEC.

LEC. V.

POSTQVAM *vidimns logicā non eſſe ſcientiam realem, nec rationalem, ſed eſſe inſtrumentum, quatenus docet conditiones requiſitas inſtrumentis cognoſcendi, quibus mediantibus poſsimus verum à falſo, & bonum à malo in cæteris ſcientijs ſecernere; reliquū eſt conſiderare, an logica ſit habitus intellectus communis, vel proprius; cui quæſito quid ſit reſpondendū. faci le eſt ex prædeclaratis accipere. Colligitur .n. logicam eſſe habitum cōmunem, & propriū; ſub alia tamen, & alia ratione; erit habitus communis. quatenus docet conditiones requiſitas inſtrumētis cognoſcendi, quæ inſtrumenta ſunt demum in omnibus ſcientijs obſeruāda; habitus verò proprius dicetur ipſa logica ratione qua agit de ſyllogiſmo, ac de his, quæ ei coordinātur. Quo declarato aliud quæſitū magis difficile venit explicandū, quod etiā, et ſcitu magis vtile eſt; ex quo .n. omnis habitus intellectus uel Actiuus vel Contēplatiuus eſt, et logica eſt habitus intellectus, dicet ille erit ne ergo habitus*

An logica ſit habitus proprius, vel communis.

An logica ſit habitus actiuus, vel contemplatiuus.

habitus actiuus, vel contẽplatiuus ipsa logi gica? Vt veritatẽ quæsiti quilibet posſit clarè attingere, necesse est naturã vtriusq; habitus explicare. Pro quorum cognitione sciẽdum est quòd quantum ad nostram considerationem attinet, duo esse entiũ genera primum est quod nos efficere non possumus, sub quo genere reponuntur res naturales, ac supernaturales, vt angeli; alterum, & secundum genus est quod in nostra potestate situm est. à nobis.n. efficitur, quẽadmodũ est ipsum intelligere, ipsum velle: similiter ipsum amare, ac odio prosequi. hæc.n. à nobis aguntur, ac vt sint, est in nostra potestate, ab eademq; conseruãtur; cum velle, & nolle sit in potestate cuiuslibet nostri, & adeò à voluntate nostra vnumquodq; illorum dependet, vt eatenus sit quatenus nostra voluntas illud efficit, ac conseruat; cum hoc tamen stat, aliqua entia à nobis fieri, quæ vt sint non egent à nobis conseruari, vt statua, & alia huiusmodi. Ex quo duplici genere entium. orta est Illa habitus, seu cognitionis distinctio, nempè actiua, & contemplatiua, quæ sumpta est ex par

Entium duplex genus.

Cognitio ex parte subiecti duplex est alia cõtẽplatiua

ex parte subiecti, vt patet: cognitio illa vocabitur contemplatiua, quæ entia à nobis minimè producibilia tantùm scrutatur, sed ab alio producta eorum inquirit naturam, causasq́; contemplatur, ac accidentia illis inhærētia propter quid insint, attendit. exēpli gratia cum cœlum sit res, à nobis minimè effectibilis, circà cœlum intellectus tantum versari poterit cognitione contemplatiua; illa tria animaduertendo, nempè eius naturam, eius causas, eiusq́; accidentia; sub alijs verbis, & breuioribus dicamus, cognitionem illam esse cōtemplatiuam, quæ entia illa perscrutatur, quorum principia sunt in ipsis, & nō in nobis, & hæc fuit Ari. sentētia, 6. Met. tex. 1. probantis naturalē philosophiā esse contēplatiuā: quia versatur circa res, quarum principia sunt in ipsis, ita vt effici à nobis minimè possint: actiua verò illa cognitio dicetur, quæ considerat entia à nobis factibilia, siue modò illa à nobis ita efficiantur, vt simul in nobis sint, & conseruentur, siue à nobis efficiantur: extra nos autem sint. Ex quo etiam duplici entium genere duplex cognitionis ortus est fi- quid vna quæq; sit.

Cognitio ex parte finis duplex, actiua, vel cõtemplatiua, & quid vna quæq; sit.

nis prior vocatur scire, seu veritatis contẽplatio ab Arist. 2. Met. tex. 3. posterior verò respicit actionem, vel opus, actionem vocant quatenus nobis est immanens opus verò, vt extra nos: atq; inde factum fuit omnes peripateticos statuere finem cognitionis contemplatiuæ ipsum scire, actiuæ vero opus, vel factionem; quæ omnia intellectui nostro correspondent: Intellectus enim noster duplex habet officium, quorum primũ est rem ipsam tantum intelligere, in eaquè sistere, et hic est intellectus contemplatiuus: alterum intellectus officium est, rem intellectam aliò dirigere tanquã ad finem, qui finis si in nobis erit immanens, cuiusmodi sunt omnes operationes intellectus, ac sensus, constituet intellectum actiuum: si vero ille finis respiciat opus externum, sicuti sunt omnia opera artium mechanicarum, tunc constituetur intellectus factiuus, inde est Arist. 6. Met. tex. 1. dixisse intellectum, aut esse contemplatiuum, aut actiuũ, aut factiuum. Sed queret quispiam, cum habitus seu cognitio, iuxta declarata dicatur contemplatiua, tum ex parte subiecti,

Duplex intellectus nostri officiũ.

Ob quid intellectus dicatur cõtẽplatiuus.

Ob quid intellectus dicatur actiuus, vel factiuus.

An cognitio contemplatiua, si-

tum

tum ex parte finis, similiter actiua, an potiùs talis dicatur ex parte subiecti, an ex parte finis. Omissa opinione Scoti in prologo.1.sent. q. 4. ac sui discipuli Antonij And.6.Met.dicerem cognitionem vocari cõtemplatiuam, vel actiuam potius ex parte finis, quàm ex parte subiecti: cum iustum sit, vnum quodque à suo denominari fine, vt dicebat Arist.2.de Anima tex. 48. An autem praxis sit operatio intellectus ordinata ad actionem, vel opus, vel sit operatio ipsius voluntatis, vt placuit Scoto in prologo Primi Sent.q. 4. non intendo modò examinare, cum hoc quæsitum excedat limites Logici. Ne autem hoc ita indeterminatum relinquatur, prò nunc dicerem ipsam praxim potius esse operationem intellectus, ordinatam ad opus, & ideò Arist.3. de Anima dicebat, quòd intellectus sola extensione fit practicus; quibus declaratis, quid sit respondendum in difficultate proposita erit perspicuum. querebatur an Logica esset habitus, seu cognitio contemplatiua, vel actiua. Respondeo, propriè loquendo logicam nec esse habitum cõtemplatiuũ, nec actiuũ:

militer, & actiua potius talis dicat ex parte subiecti, vel ex parte finis.

An praxis sit operatio intellectus, vel voluntatis.

Solutio quæstionis principaliter proposi tæ.

non enim eſt gratia ſcire, vt ſatis ex præ-declaratis conſtare poteſt, nec eſt gratia operis, vel actionis, cum adinuenta fuerit, vt alijs inſeruiat ſcientijs, teſte Ariſt. 1. Top. cap. 9. vbi etiam ſubiunxit, Problemata dialectica diſtingui à moralibus, & à contemplatiuis; quod etiam ex hoc patet, cum nullus ſit, qui addiſcat logicam propter ipſam met tantum, ſed in gratiam aliarum ſcientiarum, quod ſit manifeſtum ex inuentione ipſius logices; eam enim non ob aliud adinuenire coacti fuerunt Philoſophi, niſi, vt errores intellectus noſtri, qui contingunt in ſcientijs corrigerentur. Præterea vt ex declaratis patet logica propriè nō eſt ſcientia, nec pars philoſophiæ: ergo nec propriè eſt contemplatiua, nec actiua; valet cōſequentia, cum hæc ſint differentiæ diuidentes ſcientiam, ac philoſophiam. Præterea, cognitio contemplatiua in ſola veritatis cognitione conſiſtit, nec aliò dirigitur, vt eſt Ariſt. ſententia 2. Met. tex. 3. quod cum nō cōpetat ipſi logicæ: ergo nō erit contemplatiua, nec actiua, cum non verſetur circà operabilia intellectus, ſed circà ea, quæ de-

neceſ-

necessitate consequuntur ad operationes intellectus: dato autem quòd logica esset de operabilibus ab intellectu, ob hoc tamen non erit dicendum, quòd sit actiua, sicut asseruit Io. Gand. 6. Met. q. 5. tunc enim sequeretur Mathematicas disciplinas esse actiuas, cum, & ipsæ sint de operabilibus intellectus. Amplius si logica esset actiua, haberet quoq; talem finem, cum à fine scientiæ denominentur actiuæ. At finis logices non est actiuus, cum non sit actio, nec opus vt probatur: si enim finis logicæ esset operatio nostri intellectus, & ob hoc esset actiua, tunc sequeretur, quòd scientiæ contemplatiuæ essent actiuæ, cum & ipsæ habeant pro fine operationem aliquam intellectualē; Hæc autem omnia reddentur clariora si rationibus aliorum qui aliter arbitrantur fecerimus satis. Fuit prima opinio Gratiadei, cui subscribere videtur Antonius And. 6. Met. q. 1. quam insequitur Io. Gand. ibidem q. 5. qui asseruere logicam esse praticū, his ducti rationibus: Omnis habitus intellectus vel practicus, vel contemplatiuus est, at logica est habitus intellectus: erit ergo

Opiniō, asserētiū logicam esse habitū praticū, ac eorum rationes.

go alterum illorum, contemplatiuum non eſſe dicunt, & hoc probāt ex Ariſt.6.Met. tex.2. enumerante habitus cōtemplatiuos, inter quos non connumerauit logicam, ſed Naturalem Philoſophiam, Mathematicā, & Metaph. practicum ergo eſſe habitum neceſſe erit. Amplius dixit Io. Gand. illa ſcientia, quæ eſt de operabilibus, uel per intellectum dirigentem, vel per electionem, & voluntatē inclinantē eſt practica, huiuſmodi eſt logica, erit ergo practica; Maiorē probat quia aliqua cognitio eatenus pratica dicitur, quatenus inclinatur ab intellectu dirigēte, vel à voluntate inclināte in aliquod opus; cuiuſmodi eſt Moralis Philoſophia. Minorem etiam probat: logicam enim eſſe de operabilibus ab intellectu aſſerit, quia eſt de ratiocinatione ordinata in tali forma, in taliq́ modo: etiam quia aliqui homines per inclinationem voluntatis potiùs eligunt conficere aliquam demonſtrationē in prima figura, quam in ſecunda, quam inclinationem intellectus dirigit, logices ergo obiectum erit operabile à voluntate inclināte, & ab intellectu dirigente: quare

re logica erit practica. Et ſi quis peteret à Ianduno, ſi logica eſt practica erit ne actiua vel factiua? & ratio dubitandi eſt quia ex Ariſt. 6. Met. tex. 1. intellectus, vel ſpeculatiuus, vel actiuus, vel factiuus eſt; reſpondet ipſe logicam, & actiuam, et factiuam eſſe, actiuam quidem, quatenus dirigit operationes immanentes in ipſo met intellectu, hoc eſt, quatenus docet nos ratiocinari mẽte: factiuam vero, quatenus hoc, quod mente conceptum fuerat, docet facere in aere per ſermonem, cuius ſignum eſt, quia dicimus diſcipulo, fac ſyllogiſmum in prima, vel in ſecunda figura, hoc eſt ſignũ euidens logicam eſſe factiuam. quæ opinio poteſt confirmari argumento communi, quo ductus Antonius Mirand. voluit & ipſe logicam eſſe practicam; dixit, illa facultas, quæ eſt gratia operis, eſt practica, teſte Ariſt. 2. Met. tex. 3. ſed logica eſt gratia operis: nam coordinatur ſyllogiſmo, ac demonſtrationi quæ ſunt opera: ergo logica erit practica. Amplius logica efficit propriũ ſubiectum eo, quòd efficit ſyllogiſmum, qui nunc ſupponatur logices ſubiectum: ergo

practica dicetur. Amplius illa facultas quæ considerat ea, quorum principia non sunt in ipsis rebus, circà quas versatur, est practica, vt scriptum reliquit Arist. 6. Met. tex. 1. asserens philosophiam naturalem esse contemplatiuam: quia contemplatur res, quarum principia sunt in ipsis: principia verò artium tam actiuarum, quã factiuarum sunt in ipso agente, vel faciente; at logica versatur circà ea, quorũ principia non sunt in ipsis rebus, sed in ipso faciente: est enim de syllogismo, de demonstratione, quæ fiunt ab intellectu: ergo logica erit pratica; Quæ sententia adhuc confirmatum auctoritate Auer. 2. Met. com. 15. dicentis logicam esse artem, modo cum quælibet ars sit practica: quia est gratia operis: ergo logica erit practica. Hæ sunt rationes illorum, qui conantur probare logicam esse practicam; Quibus occurrere erit satis facile ex præ declaratis. prima ratio Io. Gand. est satis diminuta: sicut enim non valet arguere, Arist. non connumerauit logicam inter practicas ergo est contemplatiua, sic neque valet, eam non connumerauit inter con-

Solutio rationũ opinionis prædictæ.

contemplatiuas, ergo est practica. Ideò colligatur hoc argumentum, quo probetur logicam nec practicam, nec contemplatiuam esse contra Iand. & alios latinos; Arist. non connumerauit logicam inter cõtemplatiuas, nec inter practicas, ergo logica nec contemplatiua, nec practica est. Alio modo possumus occurrere huic rationi, negando maiorem propositionem, nempè quòd omnis habitus intellectus sit practicus vel contemplatiuus: quã si Arist. visus est significare ibi in.6. Met. debebat ipse animaduertere, Arist. loquutum esse de habitu principali intellectus, qui verum, vel falsum dicit: non autem de habitu instrumentali, & qui cæteris coordinatur, sicuti est logica, Nec secunda ratio aliquid cogit; cum in duobus deficiat: primo assumit logicam esse de operabilibus ab intellectu, & voluntate, quod est falsum: bene logica est de, his, quæ necessario consequuntur operationes intellectus, quæ nequè fiunt per intellectum nec per voluntatem inclinãtem. Secũdo deficit in consequentia. Nam dato, quòd logica esset de operabilibus p intellectũ, vel volun-

voluntatem, ob hoc tamen non eſt inferendum, logicam eſſe practicã; cum finis ſciẽtiæ, tum practicæ, tum contemplatiuæ ſit attendendus, qui ſi fuerit practicus, ſcientia erit practica, ſi verò contemplatiuus, ſcientia erit contemplatiua; & ex his etiã diluitur tertium argumentum: cui etiam poſſumus aliter occurrere, limittando maiorem propoſitionem, in qua dicebatur, illa facultas, quæ coordinatur ad opus, eſt practica; quæ propoſitio erit vera, ſi talis facultas coordinetur ad opus extrà intellectum: ſi verò fuerit gratia operis, quod non ſit extrà intellectum, tunc propoſitio erit falſa; & ſic eſt in propoſito: licet enim logica coordinetur ſyllogiſmo, ac demonſtrationi, quia tamen ſyllogiſmus, & demonſtratio non ſunt extrà intellectum: idcircò nõ erit practica: qua eadem ſolutione erit reſpondendum, & alteri argumento, in quo dicebatur, illa facultas, quæ efficit proprium ſubiectum, eſt practica: vera erit hæc propoſitio, ſi operetur ſuum ſubiectum extrà intellectũ exiſtens. At ſi è cõtra ſit, erit falſa; quemadmodum nunc eſt de ipſo ſyllogiſmo in logica,

gica, qui eſt extrà intellectum, quare logica non erit practica; ſimiliter erit faciendum ſatis alteri argumento, in quo dicebatur, illa facultas quæ verſatur circà ea, quorũ principia ſunt in faciente, minimè in ipſis rebus, eſt practica; hæc propoſitio erit admittenda, ſi talia gratia operis fuerint extrà intellectum exiſtentis, & hæc gloſa colligitur ab Ariſt. 3. de Anima tex. 49. & 2. Met. tex. 3. ſicq́; intelligendus erit Ariſt. 6. Met. Tex. 1. qui tex. ab aduerſarijs fuit aſſumptus; modò logica licet doceat ea, quorũ principia non ſunt in ipſis rebus, ſed in ipſo faciente, quia tamen hæc talia non ſunt gratia operis extrà intellectum, idcircò logica non erit practica. Vltima ratio ſumpta ex Auer. parum etiam cogit, cum Auer. vocauerit logicam, artem impropriè: iam.n. fuit determinatũ logicam propriè nec ſcientiam, nec artem dici. In ſequenti afferemus rationes alterius opinionis aſſerentis logicam eſſe habitum ſpeculatiuum, &c.

LEC.

LEC. VI.

EXAMINABAMVS illam quaestionẽ an logica esset habitus practicus, vel contemplatiuus: in qua difficultate quid esset asserendũ determinauimus, diximusq́; logicam propriè loquendo nec practicã, nec contemplatiuam esse. Sed quia multi ex latinis asserebant logicam esse practicam, ideo eorum rationes adduximus, quibus etiã quomodo esset occurrendum explicauimus: Prosequor afferendo rationes alterius opinionis asserentis logicam esse habitum contemplatiuum, quam opinionem voluit D.Thom. in principio .1. post, ac Dominicus de Fland. primo Post. q. 3. atque Capreol. 1. Sent. cuius opinionis etiam sunt quàm plures Scotistae, vt Antonius And. 1. Met. q. xi. immo ipse Scotus in vltima q. prologi primi sent. qui dixere, logicam esse habitum contemplatiuum; his ducti rationibus, Logica non connumeratur inter habitus practicos: ergo est habitus speculatiuus: omnis. n. habitus aut practicus, aut contemplatiuus est. Si quis autem ipsis obijciat, cur Arist. 6. Met.

Opinio asserentiũ logicam esse habitũ contẽplatiuum ac eorũ rationes.

6. Met. tex. 2. nihil dixit de hoc habitu ſpeculatiuo? Reſpondent hunc habitum omiſiſſe: quia eius erat inſtitutum agere de habitibus realibus. Præterea dicunt, Logica eſt propter ſcire: adinuenta namq́; fuit, vt bene ſciremus: At ſcire eſt finis contẽplatiuæ ſcientiæ: logica igitur erit contemplatiua. Maior ex conſenſu omnium Græcorum eſt certiſsima aſſerentium logicam eſſe demonſtrationis gratia, quæ demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire; vt ſcriptum reliquit Ariſt. 2. cap. primi poſt. Minor eſt Ariſt. 2. Met. Præterea dicunt, omnis facultas, quæ verſatur circa ea, quæ alter ſe habere non poſſunt, eſt contemplatiua, huiuſmodi eſt logica: ergo erit contemplatiua. Maior patet ex Ariſt. 6. Ehic. dicẽte, Artẽ (quæ practica dicitur) verſari circà ea, quæ alter ſe habere poſſunt: ſcientiam verò contemplatiuam circà ea, quæ aliter ſe habere non queunt. Minor probatur: logica enim contemplatur modos ſeu regulas arguendi, quæ ſunt perpetuæ veritatis. Præterea dicũt, Logica ſpeculatiuo modo procedit: ergo eſt ſpeculatiua. Vltimo accedit

aucto-

auctoritas Auer. in prooemio librorum de Phyſico Auditu logicam connumerantis inter habitus contemplatiuos. Quibus rationibus ex declaratis in ſuperiori Lectione facillimè reſpondetur. Prima ratio nihil cogit, cum ſit valde diminuta vt declaratum etiam fuit ſoluendo primum argumentum opinionis prænaratæ; deficit etiã iſta ratio: quia Ariſt. ibi tantùm connumerauit habitus principales verum, vel falſum ſignificantes, minimè habitus inſtrumentales, & qui alijs coordinantur; ſicuti eſt logica. Secunda ratio in qua dicebatur logicam eſſe propter ſcire, tollitur. Illa enim propoſitio dupliciter poteſt intelligi, primò quòd logica ſit propter ſcire: ita vt in eo ſiſtat, quæ propoſitio ſic intellecta, eſt falſa: huiuſmodi.n. eſt finis earum tantum facultatum, quæ propriè ſunt ſcientiæ contemplatiuæ, altero modo poteſt intelligi illa propoſitio, nempè logica eſt propter ſcire ideſt adinuenta eſt vt doceat inſtrumenta, per quæ rectè ſcimus, qui ſenſus eſt verus; eſt enim logica gratia demonſtrationis, quæ eſt præcipuum inſtrumentum rectè ſciendi, & tũc

Solutio rationum.

non

non ſequitur ſcire eſſe finem logices, cum demonſtratio non ſit ſcientia; Similiter diſſoluitur alia ratio, in qua dicebatur, omnis illa facultas quæ verſatur circà ea, quæ aliter ſe habere non poſſunt, eſt contemplatiua. quæ propoſitio erit vera, ſi talia conſiderabuntur propter ſcire, ita vt illa facultas ibi ſiſtat. At ſi talia conſiderẽtur non gratia ſcire, ſed vt alteri coordinantur, tũc non eſt vera, ſicquè eſt in propoſito de logica, quæ licet doceat regulas illas arguendi, quæ perpetuæ ſunt veritatis, ita vt aliter ſe habere minimè poßint, quia tamen eas non conſiderat propter ſcire, ſed vt alijs accomodantur ſcientijs, ideò non ſequitur logicam eſſe cõtemplatiuam; Nec altera ratio ullius roboris eſt, in qua dicebatur, Logica ſpeculatiuo modo procedit, ergo eſt ſpeculatiua, admitto antecedens, quo enim ad modum procedendi alijs facultatibus contẽplatiuis non cedit, at conſequentia negatur, cum nulla facultas dicatur practica, vel contemplatiua à modo procedendi, ſed recipiat talem denominationem à ſubiecto circà quod verſatur, vel à fine, & potius à

fine

ſine quàm à ſubiecto, vt ſupra diximus; cu ius etiam opinionis eſt D. Thom. & Scotus; & hoc eſt in quo quidam recentiores quàm maximè ſunt decepti, aſſerentes à modo pro cedendi diſciplinas vocari practicas vel contemplatiuas, ſi enim eorum ſententia haberet veritatem, ſequeretur philoſophiam actiuam eſſe contemplatiuam, cum etiam illa modo procedat contemplatiuo; Similiter ſequeretur ſcientiam contemplatiuam eſſe practicam cum poſſibile ſit ſcientiam contemplatiuam modo practico procedere, quod ſit manifeſtum ex Mathematicis diſciplinis, quarum omnia theoremata mo do incedunt practico, ipſæ tamen Mathematicæ diſciplinæ ſunt contemplatiuæ, ſi er go hæc ſunt abſurda, abſurdũ quoquè erit logicam vocare contemplatiuam ob modum procedendi contemplatiuum; Vltimæ rationi ſumptæ ab Auer. connumerante logicam inter habitus contemplatiuos, ſatisfacere poterimus, tuẽdo ipſum Auer. aſſeremusq́; dictum hoc pronunciaſſe Auer. quatenus ipſa logica ſcientijs contemplatiuis principaliter inſeruit, ſi autem ſecus ſenſerit,

Recentiorum error.

eum

cum omittemus. Fuit tertia opinio quorundam recentiorum, qui voluere logicam inſimul practicum, & contemplatiuum eſſe habitum, quorum præcipuum fundamentū fuit hoc, logica eſt propter ſcire, inſimulq́ de operabilibus ab intellectu dirigente, & à voluntate inclinante, ergo logica inſimul erit habitus practicus, & contemplatiuus; qui ſic dicentes nullo modo ſunt audiendi, quod probo, aut enim logica eſt habitus ſecundum eos contemplatiuus tantùm, aut practicus tantum, aut eſt vterquè inſimul, at quicquid dixerint impugnatur, non.n. eſt habitus tantùm contemplatiuus, nec tantum practicus ſicut iam declaratum fuit, ergo nec erit vterquè inſimul, ſi enim neuter illorum eſt ſeiunctim, tanto minus erit vterquè illorum inſimul, et cōiunctim; Amplius impoſsibile eſt, reperiri habitum inſimul practicum, & contemplatiuum, & hoc ratione comprobatur, ex ea enim parte, qua eſt practicus, habet pro fine opus, ex ea verò parte, qua eſt contemplatiuus, pro fine habet ipſam contemplationem, modo ſicut impoſsibile eſt vnum eundemq́ habitū

Tertia opinio aſſerentium logicam inſimul contēplatiuā, & actiuā eſſe.

Confutatio

ſecundùm ſpeciem, ad duos fines ſpecie diſtinctos reuocari; ſic impoſsibile quoq; erit, logicam inſimul eſſe practicum, & contemplatiuũ habitum; Quod ſi dixerint logicã eſſe habitum inſimul practicum, & contemplatiuum, quatenus eſt vnus habitus, qui eminenter eſt practicus, & ſpeculatiuus, non ſecus, ac dicimus ſolem habere vnam qualitatem ſimplicem quæ eminenter continet omnes quatuor primas qualitates elementorum, cũ per vnã, & eãdem ſimplicẽ qualitatẽ calefaciat, exiccet, frigefaciatq;, & humectet; Contra eos tunc ſic arguo, Id quod nõ attribuitur eminentiſsimæ ſciẽtiæ, abſquè dubio logicæ non eſt tribuendũ; At eſſe habitum, qui inſimul ſit contemplatiuus, & practicus, multi Theologi negãt de ipſa Theologia, quæ eſt eminentiſsima ſcientia, ergo tanto minus hoc logicæ conuenire erit admittendum; Præterea, ſi logica eſt huiuſmodi habitus, qui eminenter practicus, & contemplatiuus eſt, cum huiuſmodi habitus ſit dignior quocunq; alio habitu ſeiunctim ſumpto, logica tũc eſſet nobilior, ac dignior alijs ſcientijs contemplatiuis, &

pra-

practicis; Præterea, cum hic habitus, qui èminenter est talis, totus incumbat praxi, ac contemplationi, & ab obiecto quod considerat, varias recipiat denominationes, sequetur ergo tunc talem habitum respectu eiusdem insimul esse practicum, insimulq́; contemplatiuum, quæ omnia sunt absurda; Neque eorum argumentatio desumpta ex similitudine qualitatis solaris, alicuius est momenti, si enim illa qualitas diuersos producit effectus, hoc est respectu diuersorum, minimè respectu vnius, & eiusdem, impossibile enim est illam solis qualitatem insimul calefacere, frigefacere, humectare, ac exiccare respectu eiusdem, quare diuersitas illa effectorum ex diuersitate materiæ proficiscetur, quod logicæ attribuere non possumus, cum ipsa respectu vnius, & eiusdem obiecti insimul practica, & contemplatiua eminenter dicatur; Fundamentum autem illorum principale facillimè soluitur ex solutionibus iam datis argumentis Ianduni, & alterius opinionis latinorũ; Ex quibus conspicuum vnicuiq́; esse potest logicã proprie loquendo, nec habitum practicum, nec contem-

Quomodo logica possit vocari contemplatiua, & actiua.

contemplatiuum eſſe; Si quis tamen vellet tueri logicam eſſe habitum practicum, vel contemplatiuum, poterit id quidem affirmare, ſed lato fuſoquè vocabulo, non autem propriè, & abſolute loquendo, logica enim quatenus eſt de his, quæ neceſſario cõſequuntur operationes intellectus, ac de his quorum principium eſt in faciente, ſic poterit dici practica, eſt enim de modis arguendi, quorũ principium eſt intellectus; quatenus verò contemplatiuè procedit, ac vt ſcientijs contemplatiuis principaliter coordinatur, ſic contemplatiua vocari poterit, Et hæc dicta ſint de hac difficultate.

Quomodo logica poſsit vocari, contemplatiua, & actiua.

Reliquum modo eſt vt aggrediamur ſolutionem alterius difficultatis pulcherimæ quidem, ſed difficillimæ, qua quæritur an logica ſit habitus realis, vel rationalis, ſiue intentionalis; In cuius quæſiti explicatione non recedens ab ordine conſueto, primo afferam diffinitionem vtriusq; habitus, vt perpendere poſsimus an vlla illarum logicæ conueniat, cuius enim habitus definitio logicæ conueniet, & talis habitus ipſi logicæ aptabitur iuſtà dogma Ariſtotelicũ. 2. To[...]

An logica ſit habitus realis, vel intentionalis.

loco.3. vbi id præcipit. Dico igitur habitũ illum eſſe realem, qui verſatur circà primas intentiones, è contrà vero illum habitum eſſe rationalem, qui eſt de ſecundis intentionibus, Vnde colligendum erit illos errare, qui dicunt habitum dici rationalẽ, quia in intellectu habet eſſe. quæ horũ ſententia ſi eſſet vera, tunc quilibet habitus cenſendus eſſet rationalis, cum quilibet habitus in intellectu ſit collocatus: Vt autem hæ diſinitiones clariores reddantur, ac vt natura cuiuslibet habitus porfectè ab omnibus cognoſcatur, opus eſt ſcire quid ſit prima, quidquè ſecunda intentio, à quibus habitus denominantur reales, aut rationales; Prima intentio eſt primus rei conceptus elicitus à re ſingulari extrà animæ operationem exiſtente, quo mediante principaliter cognoſcimus quæ ipſis conueniunt rebus, vt homo, animal, plãta, hæc huiuſmodi sũt primæ intentiones, quia ſunt primi conceptus eliciti ex rebus ſingularibus extrà animæ operatiões exiſtentibus, quibus cognoſcimus quæ rebus ipſis inſunt. De quibus primis intentionibus adiunctis ipſis ſecundis tractãt

Quid ſit habitus realis & quid rationalis.

Quorundã error.

Quid ſit prima intentio.

ſcientiæ reales, quæ tamen ſcientiæ nullo modo ipſas ſecundas intentiones cōſiderāt, & ideo ob hoc dicuntur ſcientiæ reales; Animaduertendum tamen eſt, nos aſſerentes ſcientias reales eſſe de primis intentionibus, non ob hoc affirmare illas eſſe abſolute de illis primis rerū conceptibus, eo quia, hi primi conceptus ſunt accidentia, vt habetur ab Alex. 1. queſt. nat. cap. 3. immo ab Ariſt. 7. Met. ſed aſſerimus huiuſmodi ſciētias eſſe de primis intentionibus, tanquā de ſignis res ipſas indicātibus, quod nobis ſignificauit Ariſt. 6. Met. dum dixit ſciētias adinuicē ſecari pænes res, ideſt pænes primas intentiones res ipſas indicantes. Quæ primæ intentiones à philoſophis diuiduntur vel ſecundum quòd habēt eſſe poſitiuum in natura, vt homo, & animal, vel pròut habent eſſe priuatiuum, vt cæcitas, & ſurditas. Secundæ intentiones ſunt ſecundi cōceptus eliciti ab intellectu noſtro ex collatione obiecti cogniti ad obiectum cognitum, vt ſi comparetur animal ad hominē intellectus noſter concipit animal de homine prædicari, tunc ex illa collatione oritur ſecundus cōceptus,

Quomodo ſit intelligē dum ſciētias reales eſſe de primis intētionibus.

Diuiſio primarum intentionum

Quid ſit ſecunda intētio.

quo

quo vocat animal genus, hominem vero ſpeciẽ, & ob hãc rationẽ quinque voces, de quibus agit Proph. dicuntur ſecundæ intentiones; ſimiliter ſubiectum, prædicatum, propoſitio, Sylogiſmus & alia huiuſmodi à logico conſiderata. Quæ ſecundæ intentiones, & ſi à philoſophis multipliciter diuidãtur, hæ tamen duæ ſunt potiores diuiſiones; prima diuiſio ſecundæ intentiones, aliæ habent eſſe in prima operatione intellectus, aliæ in ſecunda, aliæ in tertia, exẽpli gratia vniuerſale, genus, ſpecies ſunt ſecundæ intentiones, quæ ſunt in prima operatione intellectus; Enuntiatio vero, affirmatio, ac negatio habent eſſe per ſecũdam operationem intellectus at argumẽtatio, ſyllogiſmus, Inductio, Enthimema sũt in tertia intellectus operatione. Secunda diuiſio intentiones ſecundæ vel omnibus cõpetunt rebus, quemadmodum eſt eſſe ſubiectum, vel prædicatum, affirmari ſimiliter, vel negari; aliæ ſunt, quæ non omnibus aptantur rebus, vt eſſe genus, vel ſpeciem, eſſe in aliquo prædicamento hæc huiuſmodi tantum rebus cõueniũt vniuocis; Ex quibus colligatur has

Diuiſio ſecundarum intentionũ

Quomodo secundæ intentiones habeant esse; & quomodo à figmentis seiũgantur.

secundas intentiones nõ habere esse nisi per opus intellectus, ob hoc tamen non est inferendum secũdas hasce intentiones esse intellectus figmenta, sicuti tragelaphus, hircoceruus, quæ similiter non habent esse nisi per opus intellectus; nam & si in hoc cum illis cõueniant, differunt tamen in hoc quoniã secundæ intentiones eliciuntur ex primis, figmenta autem minimè; Ad hæc etiam addas, quòd licet secundæ intentiones sint elicitæ ex primis, ob hoc nullam rem immediatè ab ipsis repræsentari, sed hoc tantum ipsis conuenire cum ipsis primis applicantur, vt hæc secunda intentio genus nullam de se rem significat, sed applicatum animali significabit ipsius animalis esse; Addatur etiam huiusmodi secundas intentiones in nullo prædicamẽto propriè reponi, vt testatur Dexippus in Prædic: cap. 4. Si tamen sub aliquo prædicamento sunt reponendæ, sub prædicamento ad aliquid collocabuntur, ratio est, quia dicunt relationem quandam, cum sint elicitæ ex primis ab intellectu nostro ex illa collatione obiecti cogniti ad obiectum cognitum; si quis autem

Quomodo secundæ intẽtiones significent res.

An secõdę intẽtiones sint in aliquo predicamento.

quæ-

quærat an hæ ſecundæ intentiones ſint à primis realiter ſeiunctæ; dicerem ſola ratione eſſe diſtinctas, re nequaquam: ſunt. n. reſpectus, ſeu relationes, quæ relationes à fundamentis ſuis realiter non ſunt ſeiunctæ; Ex quibus patet logicam eſſe habitũ rationalem cum ille habitus, qui verſatur circà ſecundas intentiones, ſit rationalis, & huiuſmodi ſit logica, ideò non erunt audiẽdi illi qui dicunt logicam eſſe de ſecundis intentionibus, quatenus eſt de animi operationibus, ex quibus eliciuntur ſecundæ intentiones; Iſti ſic dicentes decipiuntur cum de illis animi operationibus ex primis elicitis pertractare, munus ſit animaſtici, non autem ipſius logici: In quo errore fuiſſe videtur Sucſſ. primo poſt. cap. x. dicens dialecticam eſſe animaſticam, quia agit de ſyllogiſmo, qui fit per tertiam operationem intellectus, quaſi voluerit dialecticam verſari circà tertiam intellectus operationem, qui ſic dicens errauit, cum logica dicatur rationalis quatenus verſatur circà ſecũdas intẽtiones ſeu circà ſecũdos conceptus elicitos ab intellectu noſtro obie-

An ſecundæ intẽtiones à primis ſint realiter diſtinctæ.

Error Sucſſani.

cta

auctoritas Auer. in proœmio librorum de Physico Auditu logicam connumerantis inter habitus contemplatiuos. Quibus rationibus ex declaratis in superiori Lectione facillimè respondetur. Prima ratio nihil cogit, cum sit valde diminuta vt declarum etiam fuit soluendo primum argumentum opinionis prænaratæ; deficit etiã ista ratio: quia Arist. ibi tantùm connumerauit habitus principales verum, vel falsum significantes, minimè habitus instrumentales, & qui alijs coordinantur; sicuti est logica. Secunda ratio in qua dicebatur logicam esse propter scire, tollitur. Illa enim propositio dupliciter potest intelligi, primò quòd logica sit propter scire: ita vt in eo sistat, quæ propositio sic intellecta, est falsa: huiusmodi. n. est finis earum tantum facultatum, quæ propriè sunt scientiæ contemplatiuæ, altero modo potest intelligi illa propositio, nempè logica est propter scire idest adinuenta est vt doceat instrumenta, per quæ rectè scimus, qui sensus est verus; est enim logica gratia demonstrationis, quæ est præcipuum instrumentum rectè sciendi, & tũc

Solutio rationum.

non

non ſequitur ſcire eſſe finem logices, cum demonſtratio non ſit ſcientia; Similiter diſſoluitur alia ratio, in qua dicebatur, omnis illa facultas quæ verſatur circa ea, quæ aliter ſe habere non poſſunt, eſt contemplatiua. quæ propoſitio erit vera, ſi talia conſiderabuntur propter ſcire, ita vt illa facultas ibi ſiſtat. At ſi talia conſiderētur non gratia ſcire, ſed vt alteri coordinantur, tūc non eſt vera, ſicquè eſt in propoſito de logica, quæ licet doceat regulas illas arguendi, quæ perpetuæ ſunt veritatis, ita vt aliter ſe habere minimè poſsint, quia tamen eas non conſiderat propter ſcire, ſed vt alijs accomodantur ſcientijs, ideò non ſequitur logicam eſſe cōtemplatiuam; Nec altera ratio ullius roboris eſt, in qua dicebatur, Logica ſpeculatiuo modo procedit, ergo eſt ſpeculatiua, admitto antecedens, quo enim ad modum procedendi alijs facultatibus contēplatiuis non cedit, at conſequentia negatur, cum nulla facultas dicatur practica, vel contemplatiua à modo procedendi, ſed recipiat talem denominationem à ſubiecto circà quod verſatur, vel à fine, & potius à

fine

fine quàm à subiecto, vt supra diximus; cu ius etiam opinionis est D. Thom. & Scotus; & hoc est in quo quidam recentiores quàm maximè sunt decepti, asserentes à modo pro cedendi disciplinas vocari practicas vel contemplatiuas, si enim eorum senten- tia haberet veritatem, sequeretur philoso- phiam actiuam esse contemplatiuam, cum etiam illa modo procedat contemplatiuo; Si militer sequeretur scientiam contemplati- uam esse practicam cum possibile sit scien- tiam contemplatiuam modo practico proce- dere, quod fit manifestum ex Mathematicis disciplinis, quarum omnia theoremata mo do incedunt practico, ipsæ tamen Mathe- maticæ disciplinæ sunt contemplatiuæ, si er go hæc sunt absurda, absurdũ quoquè erit logicam vocare contemplatiuam ob modum procedendi contemplatiuum; Vltima ratio- ni sumptæ ab Auer. connumerante logicam inter habitus contemplatiuos, satisfacere poterimus, tuẽdo ipsum Auer. asseremusq́; dictum hoc pronunciasse Auer. quatenus ipsa logica scientijs contemplatiuis princi- paliter inseruit, si autem secus senserit,

Recentio- rum error.

cum

eum omittemus. Fuit tertia opinio quorundam recentiorum, qui voluere logicam insimul practicum, & contemplatiuum esse habitum, quorum præcipuum fundamentũ fuit hoc, logica est propter scire, insimulq́ de operabilibus ab intellectu dirigente, & à voluntate inclinante, ergo logica insimul erit habitus practicus, & contemplatiuus; qui sic dicentes nullo modo sunt audiendi, quod probo, aut enim logica est habitus secundum eos contemplatiuus tantùm, aut practicus tantum, aut est vterquè insimul, at quicquid dixerint impugnatur, non.n. est habitus tantùm contemplatiuus, nec tantum practicus sicut iam declaratum fuit, ergo nec erit vterquè insimul, si enim neuter illorum est seiunctim, tanto minus erit vterquè illorum insimul, et cõiunctim; Amplius impossibile est, reperiri habitum insimul practicum, & contemplatiuum, & hoc ratione comprobatur, ex ea enim parte, qua est practicus, habet pro fine opus, ex ea verò parte, qua est contemplatiuus, pro fine habet ipsam contemplationem, modo sicut impossibile est vnum eundemq́ habitũ Tertia opinio asserentium logicam insimul contẽplatiuã, & actiuã esse.

Confutatio

F secun-

secundùm speciem, ad duos fines specie distinctos reuocari, sic impossibile quoq; erit, logicam insimul esse practicum, & contemplatiuũ habitum; Quod si dixerint logicã esse habitum insimul practicum, & contem platiuum, quatenus est vnus habitus, qui eminenter est practicus, & speculatiuus, non secus, ac dicimus solem habere vnam qualitatem simplicem quæ eminenter continet omnes quatuor primas qualitates ele mentorum, cũ per vnã, & eãdem simplicẽ qualitatẽ calefaciat, exiccet, frigefaciatq;, & humectet; Contra eos tunc sic arguo, Id quod nõ attribuitur eminentissimæ sciẽtiæ, absque dubio logicæ non est tribuendũ; At esse habitum, qui insimul sit contemplatiuus, & practicus, multi Theologi negãt de ipsa Theologia, quæ est eminentissima scientia, ergo tanto minus hoc logicæ conuenire erit admittendum; Præterea, si logicà est huiusmodi habitus, qui eminenter practicus, & contemplatiuus est, cum huiusmodi habitus sit dignior quocunq; alio habitu seiunctim sumpto, logica tũc esset nobilior, ac dignior alijs scientijs contemplatiuis, &

pra-

practicis; Præterea, cum hic habitus, qui eminenter est talis, totus incumbat praxi, ac contemplationi, & ab obiecto quod considerat, varias recipiat denominationes, sequetur ergo tunc talem habitum respectu eiusdem insimul esse practicum, insimulq́ contemplatiuum, quæ omnia sunt absurda; Neque eorum argumentatio desumpta ex similitudine qualitatis solaris, alicuius est momenti, si enim illa qualitas diuersos producit effectus, hoc est respectu diuersorum, minime respectu vnius, & eiusdem, impossibile enim est illam solis qualitatem insimul calefacere, frigefacere, humectare, ac exiccare respectu eiusdem, quare diuersitas illa effectorum ex diuersitate materiæ proficiscetur, quod logicæ attribuere non possumus, cum ipsa respectu vnius, & eiusdem obiecti insimul practica, & contemplatiua eminenter dicatur; Fundamentum autem illorum principale facillime soluitur ex solutionibus iam datis argumentis Ianduni, & alterius opinionis latinorũ; Ex quibus conspicuum vnicuiq́ esse potest logicã proprie loquendo, nec habitum practicum, nec

Quomodo logica possit vocari contemplatiua, & actiua.

contemplatiuum esse; Si quis tamen vellet tueri logicam esse habitum practicum, vel contemplatiuum, poterit id quidem affirmare, sed lato fusoquè vocabulo, non autem propriè, & absolute loquendo, logica enim quatenus est de his, quæ necessario cõsequuntur operationes intellectus, ac de his quorum principium est in faciente, sic poterit dici practica, est enim de modis arguendi, quorũ principium est intellectus; quatenus verò contemplatiuè procedit, ac vt scientijs contemplatiuis principaliter coordinatur, sic contemplatiua vocari poterit, Et hæc dicta sint de hac difficultate.

Quomodo logica possit vocari, contemplatiua, & actiua.

Reliquum modo est vt aggrediamur solutionem alterius difficultatis pulcherimæ quidem, sed difficillimæ, qua queritur an logica sit habitus realis, vel rationalis, siue intentionalis; In cuius quæsiti explicatione non recedens ab ordine consueto, primo afferam diffinitionem vtriusq; habitus, vt perpendere possimus an vlla illarum logicæ conueniat, cuius enim habitus definitio logicæ conueniet, & talis habitus ipsi logicæ aptabitur iustà dogma Aristotelicũ. 2. Top. loco

An logica sit habitus realis, vel intentionalis.

loco. 3. vbi id præcipit. Dico igitur habitũ illum eſſe realem, qui verſatur circà primas intentiones, è contrà vero illum habitum eſſe rationalem, qui eſt de ſecundis intentionibus, Vnde colligendum erit illos errare, qui dicunt habitum dici rationalẽ, quia in intellectu habet eſſe, quæ horũ ſententia ſi eſſet vera, tunc quilibet habitus cenſendus eſſet rationalis, cum quilibet habitus in intellectu ſit collocatus: Vt autem hæ diffinitiones clariores reddantur, ac vt natura cuiuslibet habitus perfectè ab omnibus cognoſcatur, opus eſt ſcire quid ſit prima, quidquè ſecunda intentio, à quibus habitus denominantur reales, aut rationales; Prima intentio eſt primus rei conceptus elicitus à re ſingulari extrà animæ operationem exiſtente, quo mediante principaliter cognoſcimus quæ ipſis conueniunt rebus, vt homo, animal, plãta, hæc huiuſmodi sũt primæ intentiones, quia ſunt primi conceptus eliciti ex rebus ſingularibus extrà animæ operatiões exiſtentibus, quibus cognoſcimus quæ rebus ipſis inſunt. De quibus primis intentionibus adiunctis ipſis ſecundis tractãt

Quid ſit habitus realis & quid rationalis.

Quorundã error.

Quid ſit prima intentio.

ſcientiæ reales, quæ tamen ſcientiæ nullo modo ipſas ſecundas intentiones cõſiderãt, & ideo ob hoc dicuntur ſcientiæ reales; Animaduertendum tamen eſt, nos aſſerentes ſcientias reales eſſe de primis intentionibus, non ob hoc affirmare illas eſſe abſolute de illis primis rerũ conceptibus, eo quia, hi primi conceptus ſunt accidentia, vt habetur ab Alex. 1. queſt. nat. cap. 3. immo ab Ariſt. 7. Met. ſed aſſerimus huiuſmodi ſciẽtias eſſe de primis intentionibus, tanquã de ſignis res ipſas indicãtibus, quod nobis ſignificauit Ariſt. 6. Met. dum dixit ſciẽtias adinuicẽ ſecari pænes res, ideſt pænes primas intentiones res ipſas indicantes. Quæ primæ intentiones à philoſophis diuiduntur vel ſecundum quòd habẽt eſſe poſitiuum in natura, vt homo, & animal, vel pròut habent eſſe priuatiuum, vt cæcitas, & ſurditas. Secundæ intentiones ſunt ſecundi cõceptus eliciti ab intellectu noſtro ex collatione obiecti cogniti ad obiectum cognitum, vt ſi comparetur animal ad hominẽ intellectus noſter concipit animal de homine prædicari, tunc ex illa collatione oritur ſecundus cõceptus, quo

Quomodo ſit intelligẽdum ſciẽtias reales eſſe de primis intẽtionibus.

Diuiſio primarum intentionum

Quid ſit ſecunda intẽtio.

quo vocat animal genus, hominem vero spe ciē, & ob hāc rationē quinque voces, de qui bus agit Proph. dicuntur secundæ intentio- nes; similiter subiectum, prædicatum, pro- positio, Sylogismus & alia huiusmodi à lo- gico considerata. Quæ secundæ intentiones, & si à philosophis multipliciter diuidātur, hæ tamen duæ sunt potiores diuisiones; pri- ma diuisio secundæ intentiones, aliæ habent esse in prima operatione intellectus, aliæ in secunda, aliæ in tertia, exēpli gratia vniuer sale, genus, species sunt secundæ intentio- nes, quæ sunt in prima operatione intelle- ctus; Enuntiatio vero, affirmatio, ac ne- gatio habent esse per secūdam operationem intellectus at argumētatio, syllogismus, In- ductio, Enthimema sūt in tertia intellectus operatione. Secunda diuisio intentiones se- cundæ vel omnibus cōpetunt rebus, quem- admodum est esse subiectum, vel prædica- tum, affirmari similiter, vel negari; aliæ sunt, quæ non omnibus aptantur rebus, vt esse genus, vel speciem, esse in aliquo præ- dicamento hæc huiusmodi tantum rebus cō ueniūt vniuocis; Ex quibus colligatur has

Diuisio secundarum intentionū

Quomodo secundæ intentiones habeant esse; & quomodo à figmentis seiũgantur.

secundas intentiones nõ habere esse nisi per opus intellectus; ob hoc tamen non est inferendum secũdas hasce intentiones esse intellectus figmenta, sicuti tragelaphus, hircoceruus, quæ similiter non habent esse nisi per opus intellectus; nam & si in hoc cum illis cõueniant, differunt tamen in hoc quoniã secundæ intentiones eliciuntur ex primis, figmenta autem minimè; Ad hæc etiam addas, quòd licet secundæ intentiones sint elicitæ ex primis, ob hoc nullam rem immediatè ab ipsis repræsentari, sed hoc tantum ipsis conuenire cum ipsis primis applicantur, vt hæc secunda intentio genus nullam de se rem significat, sed applicatum animali significabit ipsius animalis esse; Addatur etiam huiusmodi secundas intentiones in nullo prædicamẽto propriè reponi, vt testatur Dexippus in Prædic: cap. 4. Si tamen sub aliquo prædicamento sunt reponendæ, sub prædicamento ad aliquid collocabuntur, ratio est, quia dicunt relationem quandam, cum sint elicitæ ex primis ab intellectu nostro ex illa collatione. obiecti cogniti ad obiectum cognitum; si quis autem

Quomodo secundæ intẽtiones significent res.

An secõdæ intẽtiones sint in aliquo prædicamento.

quæ-

quærat an hæ ſecundæ intentiones ſint à primis realiter ſeiunctæ; dicerem ſola ratione eſſe diſtinctas, re nequaquam: ſunt. n. reſpectus, ſeu relationes, quæ relationes à fundamentis ſuis realiter non ſunt ſeiunctæ; Ex quibus patet logicam eſſe habitū rationalem cum ille habitus, qui verſatur circà ſecundas intentiones, ſit rationalis, & huiuſmodi ſit logica, ideò non erunt audiēdi illi qui dicunt logicam eſſe de ſecundis intentionibus, quatenus eſt de animi operationibus, ex quibus eliciuntur ſecundæ intentiones; Iſti ſic dicentes decipiuntur cum de illis animi operationibus ex primis elicitis pertractare, munus ſit animaſtici, non autem ipſius logici: In quo errore fuiſſe videtur Sueſſ. primo poſt. cap. x. dicens dialecticam eſſe animaſticam, quia agit de ſyllogiſmo, qui fit per tertiam operationem intellectus, quaſi voluerit dialecticam verſari circà tertiam intellectus operationem, qui ſic dicens errauit, cum logica dicatur rationalis quatenus verſatur circà ſecūdas intētiones ſeu circà ſecūdos conceptus elicitos ab intellectu noſtro obie-

An ſecundæ intētiones à primis ſint realiter diſtinctæ.

Error Sueſſani.

ctæ

cta cognita ad inuicem comparante, ac prout isti secundi conceptus sunt regulæ, & instrumēta dirigētia intellectus nostri operationes in alijs scientijs; Et ex hac limitatione tollitur instātia, quæ satis est in prōptu. Dicet enim ille qui fieri potest logicam versari circà secundas intentiones, cum hæ considerentur à primo philosopho? Sciat ille non esse inconueniens logicum, ac primum philosophum versari circà secundas has intentiones sub alia, & alia ratione; primus philosophus illas considerat quo ad naturam suam, nempè quatenus ab intellectu concipiuntur, ac obiectiue in ipso sunt, adeò vt extrà eum esse non possunt, & ideò contra Platonem 7. Met. versus finem inuehitur Aristoteles ponentem species rerum per se in natura esse, quas rerum species Plato vocabat per se homo, & per se equus, quæ disputatio & si propriè sit ipsius primi philosophi, eam tamen recentiores ad logicam reuocarunt; hanc autem disputationē primo tantum philosopho conuenire scriptū reliquit Proph. in proœmio Prædicab. qui dubitans, an secundæ intentiones subsistāt absquè

Quomodo secundę intentiōes cōsiderētur à primo philosopho ab animastico & à logico.

abſquè intellectu, vel non; an ſint in rebus, vel non & an cohærant ipſis ſingularibus, vel nõn; dixit hoc eſſe, altiſsimum ſpeculationis negocium, altioriſquè ægens inquiſitionis; Addo etiam has ſecundas intentiones ad animaſticum pertinere, quatenus inſequuntur obiectum intellectus noſtri, qui intellectus cum ſit abſtractus à materia, debet quoq; habere obiectum ſibi proportionatum, res autem ipſæ cum ſint materiales eas intellectus ſeparat à materia, & facit immateriales, & hoc præſtat per ſecundas intentiones, quas animaſticus explicat, nempè prout ſunt conditiones conſequentes obiectum noſtri intellectus; Logicus autem eaſdem perſcrutatur, quatenus ſunt inſtrumenta, & regulæ, quæ dirigũt intellectus noſtri operationes in alijs ſcientijs. In ſequenti examinabimus quæſtionem hanc An dentur ſecundæ intentiones, demum habitò quòd dentur, erit conſiderandum, an poſsint conſtituere aliquam facultatem, ita vt logica ab illis cõſtituatur.

LEC. VII.

An dentur secundæ intentiones.

VT seruem id, quod in externa Lectione pollicitus sum, aggredior difficultates propositas, quarum prima fuit, an dentur secundæ intentiones, & si dantur, an possint aliquam constituere facultatem: ita vt constituant logicam. Ex quo enim determinatum est logicam esse habitum rationalem, quia versatur circà secundas intẽtiones, eas quis posset negare insequẽdo opinionẽ Io. Gand. in fine 2. Met. ac in 4. eiusdẽ quest. 6. qui eas negauit licet non sibi cõstet 6. Met. q. 5. Quam opinionem insequutus fuit Burl. in proœmio Prædicam. cui quidam recentiores, vt Mirand. subscribunt. Ideò difficultates propositas perpendere congruum erit; & hoc induendo habitum superioris artificis nescius enim non sum hoc ipsius logici non esse officium: cum nullus artifex iuxta Arist. præceptum. 1. Phys. teneatur disputare contra negantes sua principia, sed illa supponere, ac præaccipere: quæ secũdæ intentiones, cũ sint logices principia, erunt ergo supponẽdæ, quas si dari

contra

contra negantes probauerimus, id agemus induti habitu metaphyſico. Quo igitur ad primam difficultatem, Mirand. aſſerens logicam verſari circà affectus entis, vt operi coordinatur, nempè modo cognoſcendi, negauit ſecundas intentiones his ductus rationibus: primo, quia de his nullibi Ariſt. eſt loquutus, ergo nō datur, valet cōſequētia, quia ſi darētur, aut de his alicubi Ari. verba feciſſet, aut Ariſt. eſſet diminutus: quorũ vtrumq; eſt abſurdum. Præterea ſi dantur, aut aliquid illis extrà animā correſpondet, aut nihil: ſi nihil, ergo erunt intellectus figmenta, primisq; intentionibus minimè poterunt adiungi: cuius oppoſitũ iā eſt demōſtratum, ſi vero aliquid illis in re correſpondet, illud nō erit aliud, quā accidēs, cũ illud tale non ſit per ſe exiſtens, & per conſequens erit affectus entis. Tertiò arguit Mirand. ſi dantur ſecundæ intentiones, & fiant ex collatione obiecti cogniti ad obiectum cognitum; tunc ſequetur omnes ſecundas intentiones eſſe cōplexas: quod dictu eſt falſum: cum genus, ſpecies, & alia huiuſmodi ſint incomplexa ſecundæ intentiones exiſtētia;

Opinio Mirand. negantis dari ſecundas intentiones, ac eius rationes.

probat

probat consequentiam: quia omnia, quæ fiunt per secũdam operationem intellectus, sunt complexa: secunda enim operatio intellectus dicit complexionem, cum dicat cõpositionem, & diuisionem, quæ in affirmatione, & negatione consistunt. At secundæ Intentiones fiunt per secundam operationẽ intellectus, cum fiant ex collatione obiecti cogniti ad obiectum cognitum: erunt ergo complexæ. Præterea arguit, si dantur secũdæ Intentiones, fiantq; modo prædicto, nempè ab intellectu comparante obiecta cognita ad inuicem; vt conferẽdo hominem ad animal, tunc sequeretur, quòd cognito magis vniuersali, necessarium esset cognoscere, & minus vniuersale, cognitoq; genere, necesse esset cognoscere etiam speciem; quod falsum est; stat enim quòd quis cognoscat animal nõ cognoscendo hominem, nec equum, nec alias eius species, plurimæ enim sunt species animaliũ nobis incognitæ. Vltimo arguit, si darẽtur secundæ intentiones præcipuè hæ essent, nẽpè genus, species, & cõsimiles: at hæc huiusmodi nõ sunt secundæ Intentiones, cum sint affectus entis, dicit ip-

se

se, ex mente Arist. 4. Met. ergo nullo modo erunt concedendæ. Ex altera autem parte magis approbando opinionem omnium fere expositorũ tàm Arabum, quàm Latinorũ, & Græcorum qui rectè sentiunt, totum oppositum iudicandum censeo; quorum subscribendo opinioni, primo eorum autoritatibus; demum ratione illas dari comprobabo, insimulq; & semel Mirand. opinio confutabitur, eiusquè rationibus facillime respondebitur. In primis itaq; accipio auctoritatem Auicennæ primo suæ Met. cap. 2. & 3. dicentis logicam esse de secundis intẽtionibus adiunctis tamen primis; quam eandem sententiam clarè ab ipso colliget quicunque attentè legerit ea, quæ ipse scribit initio suæ logices cap. 3. Idem voluit Auerroes. 4. Met. com. 2. dicens Logicam esse de secundis intelligibilibus, & in Epitomate logices cap. vltimo idem asseruit; cui opinioni subscripsit etiam Lincon. Primo Post. super tex. 27. cui etiam opinioni omnes ferè Latini adhærent, vt D. Thom. Scotus. Aegid. Albert. Magnus, ac Boetius in Antepræd. qui dixit logicam esse de nominibus

Impugnatio opinionis Mirãd.

nomi


nominum, quæ nomina nominum ſecundas manifeſtant intentiones. Ad hæc accedunt auctoritates Græcorum, inter quos primo ſe offert Porph. in lib. Prædicam. interrogatione 3. qui manifeſte aſſeruit dari ſecundas intentiones, ac circa eas voluit Grammaticam, & Logicam verſari: quod etiã Texippus in Prædicam. cap. 4. dixit Ammonius idem confirmauit in Prædicab. ponens vniuerſalia poſt multa, quæ nil aliud ſunt quàm ſecundæ intentiones: eiuſdem etiam ſententiæ, videtur eſſe Simp. negans librorum Prædicam. eſſe de rebus, cum talis liber ſit logicæ pars, quæ eſt de ſecundis intentionibus: hoc idem videtur affirmare Plotinus, qui voluit logicam agere de Syllogiſmis; Quam tãdem opinionẽ cõprobo teſtimonio ipſius met Ariſt. 4. Met. tex. 2. Qui aſſerens ſignificata entis; dicebat, Ens dicitur multipliciter, hæc vt ſubſtãtia, illa vt affectus, ſuſtantiæ, alia quia via ad ſubſtantiã, aut corruptiones aut priuationes, aut qualitates, aut effectiua, aut generatiua ſubſtãtiæ, aut eorũ, quæ ad ſubſtantiam dicũtur, aut alicuius horum negatio, vel ſubſtantia.

tiæ. Per quæ vltima verba voluit intelligere entia ratiõis, vt exponit Auer. et Alber. Hoc idē voluit Ariſt. ſignificare 2. Met. tex. 15. dũ dixit. Vanũ eſſe ſimul quærere ſcientiã, ac modũ ſciendi; qui modus ſciēdi cũ declaratus ſit in logica, ens reale minimè eſſe poterit, nec entis realis affectus, cũ eiuſdē ſit facultatis quærere ens, et eius affectus; Addo rationē hanc, dantur cõceptus eliciti ab intellectu ex collatiõe obiecti cogniti ad obiectum cognitũ, ergo dãtur ſecundæ intentiones; conſequentia valet, cum nil aliud ſint ſecundæ intentiones, quã conceptus prædicti. Antecedens eſt manifeſtum: nã dantur iſti conceptus genus, ſpecies, nomen, verbũ, ſubiectũ, prædicatum, & conſimiles, de quibus tractat logicus, qui facti ſunt ab intellectu modo prædicto. Ex his igitur prò cõperto quilibet habere poterit, dari ſecundas intentiones, eaſdemq; à logico cõſiderari, ob hocq; logicam vocari rationalem, vt prius demonſtratum fuit, in cuius gratiam hanc quæſtionem examinandam ſumpſimus: quæ determinatio reddetur dilucidior rationibus Mirand. præadductis. faciendo ſatis. Solutio rationũ Mirand.

Prima eius ratio aſſumit antecedens falſum, vt patet ex auctoritatibus iam praeadductis; ſecundae rationi ſatis faciendo, dico illis correſpōdere illa obiecta cognita ex rebus ipſis deſumpta, quae obiecta cognita habent eſſe in intellectu; ex quibus deducta ſunt ipſae ſecundae intentiones; cum autem ipſe dicit, illa obiecta cognita illis correſpōdentia eſſe affectus entis; et per conſequens ſecundas intentiones ſimiliter eſſe affectus entis. Reſpondeo entis affectus eſſe per quādam ſimilitudinem, minimè erunt affectus entis dependentes ab ente vt ens, cum ipſe inferebat in 3. ratione, omnes ſecundas intentiones eſſe complexas, negatur conſequētia; quam ſic probabat, omnes ſecundae intentiones reſultāt ex illa obiectorum cognitorum collatione; fient ergo per ſecundam operationem intellectus; ſicquè erunt complexa. Reſpondendum eſt, falſum eſſe, omnia, quae reſultant, ex collatione obiecti cogniti ad obiectum cognitum habere eſſe per ſecundam intellectus operationem, vt patet exemplo ſumpto à definitione, quam intellectus apprahendit; ac concipit, vt explicat

eſſentiam

eſſentiam, ac quiditatem definiti, non tamē
per ſecundam intellectus operationem. Sed
per primā. Sed dato etiam quòd ſecundæ in
tentiones fierent per ſecundam operationē
intellectus, falſum adhuc erit aſſerere illas
eſſe complexas: ratio eſt: quia licet ſecunda
intellectus operatio ſit circà complexa; cum
hoc tamen ſtat, quòd illud, quod reſultat ex
tali operatiõe intellectus ſit incomplexū; &
hoc declaro: ſicut.n. ipſe Mirād. cõcedit defi
nitionē colligi ex demõſtratione ac per demõ
ſtrationē nobis innoteſcere, quæ demõſtratio
eſt per tertiā intellectus operationē: diffini
tio vero per primam; ſic & ego in præſen-
ti dicam, quòd licet ſecundæ intentiones
colligantur ex ſecunda intellectus operatio
ne, quæ circà complexa verſatur, ſtat tamē
dicam quòd illud quod reſultat per talem
ſecundam intellectus operationem ſit in cõ-
plexum, quemadmodum eſt genus, ſpecies,
& conſimiles ſecundæ intētiones. Fuit eius
quarta ratio ex qua inferebat quòd cogni-
to genere cognoſceretur & ſpecies; hoc tale
admitto accipiēdo genus, & ſpeciē pro ſecū-
dis intentionibus: ſunt enim relatiua, vt



dixit Porph. in cap. de spetie. si vero genus, & species sumantur pro primis intentionibus, illud erit falsum; Hanc autem solutionē ipse conatur cōfutare ex dictis Arist. 6. Top. asserentis genus esse prius ipsa spetie, cum genus possit esse nulla actu existēte spetie; quo Arist. dicto stante, solutio data videbitur falsa; cui respondeo Arist. accepisse genus pro eo, quod subijcitur huic secūdæ intētioni genus, hoc est pro re significata; similiter & speciē: sic. n. genus est prius specie, quia res significata p genus est prior re signicata per speciē, et hoc etiā Mirād. ipse veritate coactus concessit, dixit enim quòd species sumpta pro vt ponitur sub assignato genere est simul natura cū genere, eiusq; esse correllatiuū, quæ eius verba nil aliud volūt, nisi genus, et speciē prò secūdis intentionibus habere ad inuicem respectū, nec vnum esse prius natura altero, minimè autem prò primis intentionibus. Vltimæ rationi dico genus, & spetiem, & alia huiusmodi sumpta prò primis intentionibus esse affectus entis, quæ si sumantur prò secundis intentionibus, affectus entis ne

qua-

quaquàm erunt; niſi quis voluerit illud aſſerere conſiderādo talia per quādā habitudinem ad ipſum ens, quibus ſolutis rationibus, iam erit manifeſtum dari ſecundas intentiones. Aggredior modò alterum quæſitum, an huiuſmodi ſecundæ intentiones poſsint aliquam cōſtituere facultatem, ita vt conſtituant logicam, ſeu an logicus circà eas verſetur; Io. Gand. in fine. 2. Met. ac 4. eiuſdem. q. 6. negauit logicam eſſe habitum rationalem, negauit quoquè ipſam verſari circà ſecundas intentiones, aſſeruit autem ipſam circà res verſari, cuius oppoſitum demū ipſe determinauit. 6. Met. q. quinta. Ideò tanquam mendax, & ſibi inconſtans erit reprahēdendus; quā primam opinionem. Io. Gand. inſequutus eſt Burl. in procemio Prædicam. Ratio autem, qua Io. Gan. 4. Met. q. 6. comprobauit ſuā opinionē, nempe logicā eſſe facultatem realem, hæc fuit. Finis logicæ eſt diſcernere verū à falſo; ergo logica eſt facultas realis; probat conſequentiam: quia veritas, & falſitas habēt eſſe in ipſis rebus; antecedens probat ibidem ex Boetio in ſuis

An ſecundę intentiones poſsint aliquam cō ſtituere facultatem; ſeu an logicus circà eas verſetur.

Vide infrà in. q. de ſubiecto logices, ubi hęc opinio Ioan. confutatur.

Topicis dicente, logicam esse scientiam distinguentẽ verum à falso; & hoc argumentum tantum apud ipsum roboris habuit, quòd credidit se concludere manifestè logicã esse facultatem realem; & adeò manifestè, quòd dixit, se amplius nolle in hoc immorari: hæc sũt eius verba formalia. Quod argumentum satis friuolum, ac leue est cũ innitatur in antecedenti falso, vt ex prædeclaratis est manifestum: Sepius enim à nobis dictum fuit finem logici non esse discernere verum à falso: Sed eius finem esse docere instrumẽta, quibus id in alijs scientijs præstare valemus. Nec ratio illorũ, qui asseruere librum Predica. esse de rebus, par tẽquè logices esse, & per consequens logicã esse de rebus, quidquã cogit, cũ sic dicẽtes deficiant in maiori propositione, nam liber Predicam. est de vocibus significantibus res, pro ut illæ voces sunt regulæ ac instrumenta ad cognoscendas alias voces significantes res in alijs scientijs. Est alia ratio longè dificilior dissoluenda, qua sic arguunt; Omnis habitus de prima specie qualitatis est realis, logica est habitus de prima

specie

specie qualitatis, ergo logica est habitus realis: ambæ propositiones huius argumenti, satis sunt perspicuæ ex suprà declaratis. Cui erit respondendum, aliquem habitum esse realem, vel rationalem, bifariā id contingere; vno modo intrinsecè, & fundamentaliter, altero modo extrinsecè, si primo modo consideretur logica nēpè intrinsecè, erit concedendum ipsam esse habitum realem, cum eius sit essentia, & quiditas esse habitū de prima specie qualitatis, quæ si extrinsecè consideretur, nempè ratione subiecti circà quod versatur, sic dicenda est rationalis, est .n de syllogismo de demōstratione, dequè alijs huiusmodi, quæ sunt secundæ intentiones; Sed tunc quis replicabit, si logica intrinsecè est habitus realis, extrinsecè vero rationalis, & à nobiliori fit denominatio, potius ergo ab intrinseco logica dicetur realis, quàm ab extrinseco rationalis. Respondeo, quòd sicut omnes facultates recipiunt sui esse suiquè vnitatem & distinctionem ab obiecto, circà quod versantur; similiter, & ab illo erit potius asserendum eas assumere esse reale, vel ra-

tionale, sicq; ab extrinseco denominabūtur, minimè ab intrinseco; & sic in proposito est de logica. Sed adhuc quis obÿciet, qui fieri potest, vt syllogismus, demonstratio, ac aliæ secundæ intentiones in logica considerat æ producant, causentquè habitum realem? ratio dubitandi est: quia nullum imperfectum potest esse causa ipsius perfecti; iuxtà propositionem illam, nullū agens agit ultrà gradum propriū: quomodo ergo logica erit habitus realis intrinsecè considerata, si versatur circa secundas intentiones? Dicendum erit secundas intētiones ex se ipsis non posse producere habitum realem, at ope, & auxilio intellectus poterunt illum causare; sicquè nullum imperfectū ex se ipso poterit esse causa ipsius perfecti, quod sibi conueniet ope, et auxilio alterius; similiterq; agēs poterit agere vltrà gradum propriū, si ab alio adiuuetur, minimè ex se ipso. Sed adhuc quis obÿciet, quod nihil est, non potest constituere aliquā facultatem, quæ dirigat operationes intellectus: secundæ intentiones nihil sunt: ergo non poterunt constituere logicā; nec aliquā facultatē intellectus opera-

tiones

tiones dirigentem; argumentũ hoc petit illã difficultatem; an ſecundæ intentiones, ſeu an entia rationis ſint aliquid: cui quæſito, licet ſit manifeſtum, quid ſit reſpondendum ex declaratis; adhuc tamen dico entia rationis, ſeu ſecundas intentiones medias eſſe inter ens reale, & purum nihil. ſi .n. conſiderentur ſecundæ intentiones, ſeu entia rationis, ratione qua extrà intellectum non habent eſſe, ſic nihil videntur eſſe: ratione verò qua habent eſſe in intellectu, à primis què eliciuntur intentionibus, ſic ſunt entia, & ſunt aliquid. & quia ſecundæ intentiones poſitæ ſunt inter vtrunquè, ideo vtriusquè ſapiunt naturam, & vocantur entia, & non entia; dicuntur entia quatenus habent eſſe in intellectu: dicuntur vero non entia, ratione qua extrà intellectum nullum habent eſſe. Pro quorum clariori intellectu animaduertendum eſt, aliquid dici non ens contingere ſex modis, vnomodò dicitur aliquid non ens quatenus actu nihil eſt, quemadmodum materia prima ab Ariſt. i. phys. dicitur non ens; quia actu nihil eſt, ſed ẽ aliquid potentia: aliomodo quid dici-

secundę intentiones. ſunt medię ĩter ens reale, & purũ nihil.

Quomodo ſecũdæ intẽtiones dicantur entia, & nõ entia.

sex modis contingit aliquid dicĩ non ens.

dicitur non ens per respectũ ad substantiã, quomodo accidentia vocantur nõ entia per respectũ ad substantiã, cum sic sint potius affectus entis: Tertio modo quid dicitur nõ ens, sicut priuatio, quæ priuat habitum, vt cæcitas dicitur non ens, cum sit priuatiua visus: Quarto modo quid dicitur non ens, quatenus verè aliquid non est, nec potest esse, sicuti sunt fictitia, vt tragelaphus hircoceruus, & alia, quæ ab intellectu finguntur, quæ non sunt: immò nec esse possunt: Quinto quid dicitur non ens, quatenus nihil est, quomodo dicitur extrà cælum nihil esse, & nullo horum quinque modorum secundæ intentiones dicuntur non entia. Vltimo quid dicitur non ens, ratione qua extrà intellectum nullum habet esse, quo modo secundæ intentiones non entia dicuntur, cum nullum habeãt esse extrà intellectum: quia tamen in intellectu aliquid sunt, ex primisquè intentionibus sunt elicitæ; ideo dicuntur entia. Ex quibus colligatur secũdas intentiones habere fundamentum ex parte rei, ex parte tamen rei nihil esse, fundamentum quod habent ex parte rei

Secundæ intẽtiones habent fundamẽtũ ex parte rei at ex parte rei nihil sunt.

est

est hoc, quòd ipsæ res verè ab intellectu intelligantur, componanturquè, ac syllogizentur, ad quas tres intellectus operationes, sequuntur ipsæ secundæ intentiones, tanquàm membra ad corpus, & tunc respondendo ad formam argumenti, dico secundas intentiones nihil esse.s. extrà intellectũ: sunt vero aliquid in intellectu, et huiusmodi quæ sunt aliquid in intellectu, sufficientissima sunt ad aliquam facultatẽ constituendam. Vltimo quis instabit, probabitq; hac ratione logicam esse realem facultatem, logica adinuenta fuit, ad hoc vt dirigat intellectum in rebus cognoscendis, at res perfectè non cognoscuntur nisi apprahendantur, componantur, & syllogizentur: At res appræhendere, componere, & syllogizare est quid reale, & logica cum sit de his, erit ergo de rebus. Respondeo, illa tria opera intellectus, nempè appræhensio, compositio, & discursus dupliciter considerari, vno modo, vt operationes sunt intellectus reales, & hoc modo non spectant ad logicum: alio modo considerantur, vt sũt quædam entia consequentia has intellectus ope-

Quomodo tres operationes intellectus spectent ad lo

operationes, quo modo rationis ſunt entia, munusq́; logici eſt eas conſiderare; & ſiquis obijciat, non ne res verè componuntur? Si enim dicimus hominem eſſe animal rationale, homo animali tunc verè cõiungitur, cõpoſitio ergo illa erit realis. Reſpondeo, in huiuſmodi argumẽto fallaciã cõmitti: ſic enim arguentes tranſeunt à compoſitione reali ad compoſitionem mentalem, vt patet, nam antecedens eſt verum in cõpoſitione reali: conſequens vero, quod infertur, habet veritatem in mentali, quæ eſt ens rationis: in ea enim accipitur homo, vt eſt ſubiectũ, animal, vt prædicatũ, quod ſubiectũ, & prædicatũ ſunt entia rationis, ſeu ſecundæ intentiones. Atq; hæc de hoc quæſito dicta ſint; Et hæc ſufficiant pro explicatione primæ particulæ definitionis logices. In ſequenti aggrediemur ſecundæ particulæ explicationem, in qua dicebatur logicã verſari circà modos arguendi, per quæ verba ſignificabamus ſubiectum logices; ideo de ſubiecto eius erit diſputandum, &c.

LEC.

LEC. VIII.

IN definitione logices duæ erant particulæ principales: prima fuit, quòd logica eſt habitus intellectus. Secunda autem erat, docens modos arguendi, quibus mediantibus diſcernere poſſumus verum à falſo in aliȷs ſcientiȷs. Primam particulam hactenus ſatis abundè explicauimus. Reliquum modò eſt vt ſecundam, in qua logicæ ſubiectũ circumſcribebamus, explicemus; Ideò de ſubiecto logices ſermo habēdus eſt, & quod nã illud ſit, eſt aperiendum. In qua difficultate, vt recta Methodo, vti par eſt, procedamus, hunc ordinem ſeruabo; Primo declarabo non nulla multum conferentia ad ea, quæ dicturi ſumus, ſecundo aliorum opiniones ſuis ornatas rationibus in mediũ afferam. Vltimo quid arbitratu noſtro ad aures Ariſt. ſit de quæſito ſentiendum, dijudicabimus. In primis igitur eſt animaduertendum, quòd nos inquirentes ſubiectum logices, non propriè inquirimus ſubiectum, ſed quid ſit illud, quod ſtat pro ſubiecto, ſeu quod ſubiecti vicem gerit, inquirimus,

An argumẽtatio, vel ſyllogiſmus vel quid aliud ſit logices ſubiectum.

Ordo procedendi in hac quæſt.

Logices ſubiectũ propriè nõ põt aſsignari, quæ ſi huius ratio.

rimus, logices enim propriè aſsignari ſubiectum non poteſt; Ratio eſt quia ſubiectum eſt propriè ipſius ſcientiæ, & artis, At logica neque ſcientia, neque ars, vt ſuprà vidimus dici poteſt. Ideò logica propriè ſubiectum non habet. Quærimus igitur quid ſit illud, quod vicem ſubiecti gerat in logica. Secundo ſciendum eſt quòd hoc nomen ſubiectum eſt apud philoſophos multiplex; ne ergo multiplex eius ſignificatio cuipiam moleſtiã pareat, illius ſignificationes in medium afferre conſentaneum videtur. Primo igitur ſumitur ſubiectũ pro inferiori, qua ratione ſumpſit Ariſt. ſubiectum in Antepræd. cum dixit. Eorum quæ ſunt, quædã dicuntur de ſubiecto, et in ſubiecto ſunt, vt ſciẽtia dicitur de ſubiecto, de grammatica; ſimiliter dum dixit. Quando alterum de altero prædicatur vt de ſubiecto, &c. Secundo ſumitur ſubiectum pro eo, quod ſubſtat accidentibus, quod præcipuè eſt ſubſtãtia, de quo ſubiecto mentionem fecit Ariſt. in prædicamento ſubſtantiæ dicens. Eorum verò, quæ in ſubiecto ſunt, in plurimis quidẽ neq; nomẽ, neq; ratio prædicatur de ſubiecto,

Quot modis ſubiectũ ſecundũ Ariſt. dicatur.

cto, ideſt de ſubſtãtia: hoc autẽ ſubiectum apud philoſophos eſt duplex, aliud quod, aliud quo; ſubiectum quod, eſt ipſa ſubſtã tia, quæ de ſe omnibus ſubſtat accidentibus, ſubiectum quo, dicunt eſſe ipſam quantita tem, cum mediante ipſa quantitate, omnia ferè accidentia in ſubſtantia ſubiectentur; Tertio ſumitur ſubiectum pro ea parte propoſitionis, de qua aliud dicitur, nempè ipſum prædicatum, quod ſubiectum, & prædicatum inſimul Ariſt. vnico vocabulo in primo Priorum vocauit terminum; Quarto accipitur ſubiectum pro materia prima, ſicut ſæpe accepit ſubiectum in hac ſignificatione Ariſt. primo Phyſicorum, & præſer tim tex. 81. dicens. voco materiam ſubiectum primum vniuſcuiuſque, & c. Quinto accipitur ſubiectum pro termino traſmuta tionis, vt eſt videre. 5. Phyſ. ab Ariſt. qui ter minus eſt duplex à quo, & ad quem. Sexto, & vltimo ſumitur ſubiectum pro eo, cir cà quod facultas verſatur, de quo ſubiecto in præſenti ſermo eſt; inquirimus. n. quod nã ſit logicæ ſubiectũ ideſt quod nam ſit illud circa quod logica uerſatur. Tertio eſt no

tan-

Subiecti varia nomina.

tandum quòd hoc subiectum à philosophis varijs nuncupatur nominibus; primo quidem appellatur compositum, quia sicut compositum resoluitur in ea ex quibus constat, ita subiectum, de quo agitur resoluitur in suas partes, & sicut compositum constat ex suis partibus ipsum cōponentibus, sic subiectum constituitur ex partibus subiectiuis, secundo subiectum vocatur materia, non quidem ex qua aliquid fit, nec in qua aliquid resoluitur, sed circà quam agens versatur, cuius similitudo est, quia sicut materia est illa circà quam agens naturale versatur, ita subiectum est illud circà quod artifex illius facultatis detinetur; tertiò subiectum vocatur genus, quomodo sæpe vocauit Arist. primo Post. ob hanc similitudinem, quòd sicut genus continet omnes species sibi subiectas, sic etiam subiectū continet omnes suas partes; quartò dicitur obiectum vt colligitur ex Auer. 2. de anima com. 144. & 3. eiusdem com. quinto sicut enim obiectum obijcitur potentiæ cognoscenti, vt color visui, sonus auditui, sic subiectum, obijcitur ipsi artifici cognoscendū.

Quar-

Quartò, adhuc eſt notandum quòd ſubiectum modo dicto ſumptum dupliciter à philoſophis diuiditur; prima eius diuiſio eſt in materiale, & formale; ſubiectū materiale eſt illud, quod cōſideratur, ſubiectum formale eſt ratio ſub qua ipſum conſideratum dicitur conſiderari, quod ſubiectū materiale Auer. primo Poſt. commen. 179. vocat rem conſideratam, ſubiectum vero formale vocat modum conſiderandi; In præſenti igitur quæſtio eſt de ſubiecto formali, non autem de materiali, ratio eſt quia ſcientiæ recipiunt ſuam vnitatem non à ſubiecto materiali, ſeu à re conſiderata, ſed à ſubiecto formali, & à modo conſiderandi, pœnes quod ſubiectum formale adinuicem etiam ſcientiæ diſtinguntur; Poſſunt enim ſcientiæ conuenire in ſubiecto materiali, in formali autem conuenire nulla ratione queunt. Et hæc diſtinctio colligitur ab Ariſt. 2. phyſ. tex. 18. ab Auer. primo Poſt. com. 59. & 2. Phyſ. com. 71, & à D. Tho. primo Poſter. Lect. 41. ſuper tex. 20. quæ diſtinctio ſub alijs verbis datur à Latinis expoſitoribus. Dicunt enim quòd ſubiectum circà

Subiectū ſūptū p eo circà qđ ſa cultas verſatur quotuplex ſit.

Quid ſit ſubiectum materiale.

Quid ſit ſubiectum formale.

quod facultas verſatur, eſt duplex, aliud eſt ſubiectum quod, aliud eſt ſubiectum quo; ſubiectum materiale, & ſubiectum quod ſunt vnum, & idem, vocaturq́; ſubiectum quod, quia eſt illud, quod conſideratur ab artifice, ſubiectum autem formale, & ſubiectum quo, ſimiliter ſunt vnum, & idem, & ſic vocatur, quia ſubiectum formale eſt modus, quo illud tale conſideratur; Secunda diuiſio ſubiecti nempè formalis, quæ potius eſt ſubdiuiſio, eſt hæc, quòd ſubiectum formale aliud eſt adæquatū; aliud principale: ſub alijs verbis dicunt Latini quòd ſubiectum formale, aliud eſt totale aliud vero partiale; ſubiectū formale adæquatū, & totale ſunt idē, & eſt illud, quod continet oēs partes in tali facultate, ita vt nihil tractetur in ſcientia, quin illud ſit in ſubiecto, e cōtra nihil ſit in ſubiecto, quod nō tractetur in ſciētia, immo fit quadā adæquatio, ita vt ſubiectum non excedit, nec exceditur à conſideratis in ſcientia. Subiectum verò principale eſt res digniſſima, ac perfectiſsima inter omnia cōſiderata in ſcientia, cui tanquàm perfectiſsimo omnia coordinantur

Subiectum formale eſt duplex.

Quid ſit ſubiectum adæquatū.

Quid ſit ſubiectum principale.

nantur; atque hinc eſt quòd hoc ſubiectum principale quandoq́; vocatur ſubiectũ partiale, licet inter illa ſit aliqualis differẽtia, cum omne ſubiectum principale ſit etiã partiale, nõ aũt è contra omne partiale ſit principale; De vtroq́; ſubiecto erit præſens difficultas, primò tamen de ſubiecto formali, & adæquato diſputabimus, vltimò de ſubiecto principali etiam verba faciemus. Quintò adnotandæ ſunt conditiones requiſitæ ad hoc, quod aliquid ſit ſubiectum adæquatum, & hoc quia variæ admodum, & diſſentientes nimis ſunt hac in re doctorum opiniones, adhuc etiã, vt clarius eluceſcat quod nam illud ſit. Scotus. q. 3. Prædicab. dixit huiuſmodi ſubiectum tribus præcipuis gaudere conditionibus, quarum prima eſt, vt ſit notum quo ad ſi eſt, et quid eſt, vt videtur colligi ab Ariſt. tex. 2. primi Poſt. ſecunda, vt per eius quod quid eſt, hoc eſt per definitionem ſubiecti demonſtrentur paſsiones de ſubiecto; tertia, quod ad ipſum ſubiectum reducantur omnia conſiderata in ſcientia, in gratiamq́; illius conſiderentur; Quæ Scoti opinio ali- Cõditiões requiſitæ, ad ſubiectũ adæquatũ, quæ ſint. Opinio ſcoti. Confutatio

quas patitur difficultates. In prima enim conditione Scotus videtur deficere, quia Ariſt. cap. 8, primi Poſt. dixit, non ſemper eſſe neceſſarium præſupponere ſi eſt, et quid eſt ipſius ſubiecti, quia ſtat aliquando adeò eſſe notum, vt his non indigeat. In ſecunda etiam conditione videtur deficere, cum nõ ſemper neceſſe ſit demonſtrare paſsiones de ſubiecto per eius definitionem, ſtat enim ſubiectum aliquando eſſe analogum, vel vt dicunt, ab vno, & ad vnum, de quo tunc paſſiones non poterunt demonſtrari per eius definitionem, ſed de partibus eius demonſtrabuntur, ſi autem fuerit vniuocum, dictum Scoti habebit veritatem. Tertiò deficit Scotus in vltima conditione, cum ſubiectum adæquatum coordinetur ſubiecto principali, in gratiamq́ illius conſideretur, non ergo omnia ad ſubiectum adæquatum reducentur, vt dicit ipſe, ſed ad principale, & hoc declaratur exẽplo ipſius met Scoti, qui aſſerit ſyllogiſmum logices eſſe ſubiectum adæquatum, qui demum ob demonſtrationem conſideratur, quæ eſt ſubiectum principale. Ob hæc igitur mutauit

ſen-

sententiam Scotus ipse primo Prior͂u quæst. 2. qui licet plures ibi enumeret conditiones, inter alias tamen statuit tres has conditiones conuenire subiecto, quarum prima est, vt omnia considerata in facultate propter illud considerentur, ad illudq; attribuantur; secunda, vt non excedat considerata in scientia neque excedatur; tertia quòd de eo demonstrentur partes, et passiones; quas tres conditiones Mirand. in suo commentariolo, sectione prima distinctius enumerauit; Quæ positio (præter hoc quòd Scotus in ea sibi contrariatur) adhuc tuta non est, cũ easdem ferè instantias contrà primam eius opinionem adductas patiatur. Omissis itaq; aliorum sententijs stare sũ solitus alias tres conditiones subiecto adæquato conuenire, prima, vt sit per se notum, secunda, quòd sit vnum, vel vniuocè, vel analogicè, tertia, quòd habeat principia, & partes, tàm subiectiuas, quàm integrales, & etiam passiones, de quibus cõditionibus latius in lectionibus nostris super proœmio Phys. habitus est sermo. Quibus declaratis aggredior secũdam partem,

Opinio Mirand.

Cõfutatio.

Veritas, & quæsiti determinatio de cõditionibus subiecto requisitis.

in qua recensendæ sunt diuersæ auctorum sententiæ, in quarum recitatione non omnes referam, sed tantùm principaliores: stultum enim est velle omnibus contradicere. Primo igitur loco se se offert opinio Alberti Magni tractatu primo suæ logices. cap. 4. qui voluit argumentationem esse logices subiectum, quam opinionem desumpsit ab Auicenna in principio suæ logices cap. 3. quæ etiam opinio fuit Algazelis. cap. 2. suæ logices, quæ etiam opinio multis recentioribus placuit; quam esse veram his argumentis probauit Albert. Primò, intentio logici est deuenire in notitiam ignoti per illud, quod est notum, hoc autem argumentatione media tãtùm assequimur, ergo argumentatio est subiectum logicæ: maiorē supposuit Alb. tanquàm notam, minorem probando dixit, ignotum non elicitur ex noto, nisi illud dirigatur ad argumentationem, argumentatio igitur erit subiectū. Præterea, illud est subiectum in aliqua facultate, cuius partes, species, passiones, effectusq; declarantur, argumentatio est huiusmodi, ergo erit subiectum Logices, maior

Opinio Alberti Magni de subiecto logices.

ior

ior eſt Ariſt. Primo Poſt. pluribus in locis, minorem probat, nam in logica conſiderantur termini ſimplices, ac propoſitiones, quæ duo ſunt argumẽtationis partes, eius quoq; ſpecies explicantur, nempè ſyllogiſmus, inductio, exemplum, & enthymema, paſſiones etiam, & affectus argumentationis declarantur, qui ſunt, vt demonſtrare, probare in utrãquè partem, & conſimiles, ergo argumentatio erit ſubiectum. Vltima eius ratio fuit hæc. Logica ob operationes intellectus fuit adinuenta, ſed inter operationes intellectus præcipua eſt tertia eius operatio, quæ diſcurſus nũcupatur, ergo logica præcipuè eſt propter diſcursũ adinuenta, ergo eius ſubiectum ſub tali tertia operatione, nempè ſub diſcurſu præcipuè continebitur, at huiuſmodi diſcurſus eſt argumentatio, ergo argumentatio erit ſubiectum. Confutatio

Quæ opinio his reÿcitur argumentis, primò ſic dicentes non aſsignant ſubiectũ formale, de quo eſt præſens diſputatio, ſed materiale tantùm, non enim afferunt modum quo argumentatio in logica conſideretur, qui modus conſiderandi conſtituit ſubiectũ

formale. Præterea, hæc opinio eſt diminuta, cum per eam excludatur definitio ab argumentatione, ſub ea.n. non continetur nec ad eam habet reductionem, cum ipſa definitio inſtrumentum ſciendi ſit longe nobilius ipſa argumẽtatione; Præterea, hæc opinio eſt ſuperflua, cum conſtituat logicam verſari circà argumentationem, tunc enim ex ea ſequitur ipſam verſari circà exemplum, ac circà enthimema, quæ duo in logica non conſiderantur, cum ad Rhetorem attineant, vt ſcriptũ reliquit Ariſt. 1. Rhet. Præterea, argumentatio reſpectu ſuarũ ſpecierũ, aut eſt quid æquiuocũ aut quid analogũ, ſi primũ, nõ poterit eſſe ſubiectũ; cũ nullũ æquiuocũ poſſit eſſe ſubiectũ, ſi ſecundũ, tunc logica nõ erit facultas una ab vnitate argumentationis, ſed ab vnitate eius principalis analogati, quod eſt ſyllogiſmus, quare ſyllogiſmus, & nõ argumentatio erit tunc logices ſubiectum, cũ logica eius recipiat vnitatem à ſyllogiſmo, minimè ab argumẽtatione. Vltimò, quilibet artifex tenetur diffinire ſuum ſubiectum, dixit Auer. Primo Cæli com. 2. argumentatio in logica nul

libi

libi definitur, ergo non erit ſubiectum. Nec eius rationes euadere, eſt difficile;prima ratio aſſumit maiorem falſam, quam ipſe debebat probare; ſecunda ratio non concludit argumentationem eſſe ſubiectum totale, & adæquatum, de quo eſt præſens difficultas. licet enim eius partes, ſpecies, paſsiones, & effectus conſiderentur, cum tamen non contineat omnia in logica conſiderata, vt iam probatum eſt, non poterit eſſe ſubiectũ adæquatum logices; tertiæ rationi ſimiliter reſpondetur, quòd licet logica adinuenta fuerit propter operationes intellectus, quarum præcipua eſt tertia, cui etiam præcipuè deſeruit ipſa argumentatio, ob hoc nõ ſequitur, quòd ſit ſubiectum totale, & adæquatum, cum non omnia in logica conſiderata complectatur, nec ad eam poßint omnia reduci, vt patet de difinitione. Et ideò propter hæc fortaſsis D. Thom. diſcipulus ipſius Alb. aliter dixit. Cuius opinionem poſtquàm vos video inſcribendo ob maximum frigus rigere, finem dicendi faciam, ac craſtina die eã proſequemur. Pro cuius poſitionis intellectu videre poteritis ipſum

Soluũtur rationes Alberti.

D.

D. Thom. Primo Periher. & primo Poſt. ac 4. Met. tex. 4. ac ipſum Aegidium in ſua præfatione primi Elenc. In quibus locis licet D. Thom. diuerſa dicere videatur, ac Aegidius ipſi D. Thomæ repugnare. Tamē declarabo in re nullo modo, ſed tantùm in verbis eſſe diſcordes; ac eorum poſitionem confutabo.

LEC. IX.

Opinio D. Thomæ, ac Aegidij.

IN difficultate propoſita de ſubiecto logices proſequor opinionem D. Thom. qui primo de Interpratat. & primo Poſt. dixit logicam verſari circà ea, quæ appræhendū tur triplici operatione intellectus, cum enim tria ſint intellectus opera, nempè ſimpliciū appræhenſio, compoſitio eorumdem, & diuiſio, diſcurſusq; noti ad ignotum, tunc dixit logicam verſari circà hæc, quæ ab his tribus intellectus operibus appræhenduntur. Cui opinioni ſubſcripſit eius diſcipulus Aegid. Romanus in præfatione primi Elenc. dicens, conceptum formatum ab actu rationis eſſe ſubiectum commune totius logices; & hoc probat Aegid. ſupponēs actum

actum rationis triplicem eſſe, quorum primus eſt apprahenſio indiuiſibilium, ac ſimplicium terminorum. Secundus eſt compoſitio ſimplicium, ac eorũdem diuiſio, tertius verò eſt diſcurſus, quo mediãte procedimus à cognitione noti ad cognitionẽ ignoti, quo ſuppoſito ſtante, dixit Aegid. librum Prædicam. eſſe de conceptu formato à primo actu rationis, eſt enim de incomplexis, ac ſimplicibus terminis; de conceptu autẽ formato à ſecundo actu rationis dixit Aegid. eſſe librum Periher. reliquos verò logicæ libros inſeruire conceptui formato per tertium actum rationis aſſeruit, tractant.n. de ſyllogiſmo, ac de eius ſpeciebus; & ſic voluit Aegid. conceptum formatum ab illo triplici actu rationis eſſe totius logices commune ſubiectum, Quæ Aegidij opinio non eſt differens ab illa D. Thom. niſi in verbis, in re autem ambæ conueniunt. Et hoc declaro, declarando quid intellexerit D. Thom. per ea, quæ apprahenduntur triplici operatione intellectus; dico igitur ipſum ſuam declaraſſe opinionem 4. met. tex. 5. dum dixit, ens rationis eſſe logices ſubiectum, & Declaratio poſitionis D.Thom.

ſic

ſic ſuæ poſitionis ſenſus erit, logices ſubiectum ſunt ea, quæ apprehenduntur triplici intellectus operatione, id eſt Ens rationis, quod dirigit illas tres intellectus operationes, & ſic videtur etiam exponere Cardinalis Caiet. hanc D. Thomæ opinionem in proœmio libri Prædicam. Qua expoſitione ſtante non erit aſſerendum D. Thomam ſibi inconſtantem fuiſſe, nec Aegidiũ à ſuo præceptore deuiaſſe, cum ens rationis, vt regulat tres intellectus operationes, & conceptus formatus à triplici actu rationis, in re conueniãt, ac ſolũ in verbis ſit differentia.

Rationes pro opinione D. Tom.

Fundamenta autem D. Thomæ præcipua quibus ipſe probauit ens rationis quatenus regulat operationes intellectus eſſe logices ſubiectũ, ſunt hæc; primò mouetur D. Tho. auctoritate Ariſt. 4. Met. tex. 5. dicentis circa idem verſari Dialecticum, Metaphiſicũ, & Sophiſtam, licet modo differenti, modò cũ ens reale ſit Met. ſubiectum, ens ergo rationis, quod eſt æquiualens enti reali erit in logica ſubiectum. Præterea id, quod nõ excedit, nec exceditur à cõſideratis, & à quo facultas recipit ſuam vnitatem, id tale eſt ſubie-

ſubiectum, at ens rationis non excedit conſiderata in logica, nec ab eis exceditur, ab eoquè logica dicitur vna, ergo ens rationis in ea erit ſubiectū; quam opinionem etiā inſequutus eſt Boetius initio Prædicab. et multi alij eam inſequuntur dicentes, logices ſubiectum eſſe ſecundas intentiones primis applicatas, qui ſic dicentes in re conueniūt cum D. Thoma. Hæc autem poſitio. D. Thomæ ex ſuis ipſis reijcitur fundamentis, aſſerit ipſe D. Thom. ſubiectum non debere excedere conſiderata in facultate, in qua eſt ſubiectū, nec ab eis excedi, quo ſtante ſic arguo. Ens rationis in plus ſe habet quā logica, ergo nō poteſt eſſe logicæ ſubiectū, conſequētia valet ex dictis ipſius D. Tho. probo antecedens, nā ens rationis continet ſub ſe cōſiderata in Grāmatica, et Rhetorica, cōtinet etiā ipſa figmēta, de quibus nō eſt perfecta cognitio, ergo ens ratiōis excedit logicā facultatē, ergo nō poteſt eiuſdē eſſe ſubiectū; Sed dicet quiſpiam, attendas quòd hoc tuū argumētū nihil cōcludit cōtra D. Tho. quia ipſe ſtatuens ens rationis eſſe logices ſubiectū nō loquitur de ente rationis ſimplici

Cōfutatio opinionis. D. Thom.

citer, & abſolutè, ſed quatenus eſt inſtrumentum regulans operationes intellectus, quo modo ſumptum nō excedit logicam, nec exceditur, cui ſic obÿcienti reſpondeo argumentum noſtrum valere, eo quia ens rationis ſumptum prout eſt regula dirigens intellectus operationes adhuc excedit logicam; ergo non poterit eſſe ſubiectum. Probo antecedens: nam ens rationis modo dicto ſumptum comprahendit exemplum, et enthymema, quæ duo ad Rhetorem ſpectant, vt teſtatur Ariſt. primo Rhet. ergo excedit logicam, ergo nequaquàm eius poterit eſſe ſubiectum. Præterea illud eſt ſubiectum, cuius gratia omnia conſiderantur in facultate, in qua eſt ſubiectum: Sed propter ens rationis non omnia conſiderãtur in logica; ergo ens rationis in ea non poterit eſſe ſubiectum, maior eſt perſpicua, minor probatur; nam per ens rationis non deuenimus in primum logices finem, qui eſt docere inſtrumenta per quæ veritatem ſecernimus à falſitate; ita vt illud cuius gratia omnia cõſiderantur, eſt illud cuius gratia proprium finem conſequimur. Præterea, ſubiectum

in

in ſcientia habet ſui principia, vt colligitur ab Ariſt. 4. Met. & 6. eiuſdem tex. 1. Sed ens rationis, quatenus regula dirigens intellectum in ſuis operibus non habet ſui principia in logica; ergo non poterit eſſe ſubiectum in ea. Nec rationes D. Thomæ quicquàm concludunt. Primæ rationi dupliciter poſſumus occurrere; dicebat ipſe, circà idem, verſatur Metaphyſicus, Dial. & Sophiſta; licet modo differenti; Sed Metaphiſicus verſatur circà ens reale; ergo logicus circà ens rationis verſabitur: ergo ens rationis erit logicæ ſubiectũ. Reſpondeo quòd deficit in minori: ſi. n. metaphyſicus ſpeculatur ens reale: logicus verò ens rationis; quo ergo modo circà idem verſantur modo differenti? Immo ſic verſabuntur circà diuerſa, cum ens reale, & ens rationis quàm maximè ſint diuerſa. Prætereà dato, & non conceſſo quod eius minor propoſitio ſit vera, deficit in maiori, cum Ariſt. per Dialecticam non intelligat totam logicam, ſed tantùm illam facultatem, qua de ab ipſo agitur in libris Top quæ eſt propriè Dialectica; quod verum eſſe, colligitur aperte ex

Solutio rationum D. Thom.

te ex

tè ex eius verbis in quibus separat Dialecticam ab ipsa Sophistica. Secunda etiam eius ratio deficit in minori; cum ens rationis seu simpliciter sumptum, seu vt regula dirigens intellectus operationes excedat logicam, vt iam vnicuique exploratum est ex argumentis ijs, quibus suam reiecimus positionem. Quare fuit alius dicendi modus Petri Tartareti in suis quæstionibus, ac omniũ ferè Parisiensium, qui dixere subiectũ totius logices esse modũ sciendi, & hoc fortasse dixere moti auctoritate Auer. 3. cœli com. 4. dicentis scire esse subiectũ logices, vbi per scire isti exponunt modũ sciendi; similiter ducti auctoritate Auer. 2. Met. com. 15. exponẽtis dictum illud Arist. Vanũ est simul quærere scientiã, & modum sciendi, vbi per modum sciendi Auer. exponit logicam, quare modus sciendi erit totius logices subiectum; quod hac etiam ratione firmari potest, logica adinuenta fuit vt alijs adminiculetur scientijs, teste Arist. primo Top. Loquẽs de problemate logico. at alijs adminiculari scientijs non potest nisi quatenus docet modos sciendi; modus ergo sciendi erit

Opinio Parisiensium.

erit logicæ ſubiectũ. Qui dicẽdi modus reij citur, primò quia eſt diminutus: non .n. aſsi gnant ſubiectũ formale, quod nos inquiri- mus: ſed tantũ materiale: nã non aſsignant modũ ſeu rationem: conſiderandi modũ ſciẽ di in logica. Prætereà, modus ſciendi nõ am plectitur omnia conſiderata in logica, ergo nõ poteſt eſſe ſubiectũ conſequẽtia eſt mani feſta, cũ de ratione ſubiecti ſit omnia conti nere. antecedens probatur: non enim conti net ſyllogiſmum dialecticum, nec ſophiſti cũ, qui contra diſtinguuntur demonſtratio ni, ac diffinitioni; & per conſequens modo ſciẽdi, quod cõſtat ex hoc, quia modus ſciẽ di ſolam continet demonſtrationem, ac dif finitionem. Nec rationes adductæ pro hac poſitione confirmanda quicquam valent. fuit prima ratio ab auctoritate Auer. 3. Cæ li com. 4. deſumpta; cui ſatis facio, & dico Auerroem ibi per ſcire intellexiſſe ipſam de monſtrationem, quæ facit ſcire, ipſamq́; eſſe ſubiectum principale in logica: non autem adæquatum, de quo nobis hoc tempore ſer- mo eſt. Ad ſecundam, dico quòd illa ver- ba non probant modum ſciendi eſſe logices

Cõfutatio.

Soluuntur rationes pri[illegible]

ſubiectum; eo quia volens Ariſt. ibi docere non eſſe in vnaquaq; facultate expetendas demonſtrationes exactiſsimas, ſed tales, quales res declarandæ exigunt, ac etiàm vt indicaret non ſimul eſſe addiſcendas res, ac rationes, quibus addiſcuntur protulit illud dictum, vanum eſſe ſimul quærere ſcientiam, ac modum ſciendi, ob hoc non eſt inferendum modum ſciendi eſſe logices ſubiectum, cum per ſciendi modum principaliter non intelligat logicam, ſed illorum verborum ſenſus ſit talis, vanũ eſt ſimul quærere ſcientiam aliquorum, & modum. ſ. quo talis ſcientia eſt acquirenda; Nec difficile eſt ſatisfacere rationi adductæ aſſerendo, quòd licet logica adinuenta fuerit vt alÿs adminiculetur ſcientÿs, nec eis poſsit adminiculari, niſi prò ut docet modum ſciẽdi, addatur quo. ſ. diſcernimus verũ à falſo, qui modus ſciendi, quo ſecernimus verum à falſo erit ſyllogiſmus, ſeu demonſtratio, quare ſyllogiſmus, aut demonſtratio erit logices ſubiectum, ſicut infrà determinando huius quæſiti veritatem magis apparebit. Opinio Mirand. *Ideo fortaſsis propter hac ſuit quarta opinio*

nio ipsius Antonij Mirād. qui in suo cōmentariolo Sect. prima voluit modū cognoscendi esse logices subiectū, qui per modū cognoscēdi intelligit diffinitionē, demōstrationē, ac syllogismum dialecticum. Cuius fundamentum fuit hoc, logica debet tradere ea instrumenta, quibus ea, quæ quæruntur possint cognosci, at ea quæ quæruntur sunt numero quatuor, vt dixit Arist. initio. 2. post. nempè si est, quid est, quia est, & propter quid est, ipsum autem quid est diffinitione cognoscitur, reliqua vero tria quæsita per demonstrationem, ac syllogismum dialecticum, modus ergo cognoscendi continens diffinitionem, demonstrationem, ac syllogismū dialecticum erit logices subiectum. Quam opinionem esse falsam ex eius fundamentis solùm intendo probare, & inprimis vtor argumento eius, quo nititur destruere syllogismum esse logices subiectum; arguit, illud quod alteri coordinatur non potest esse subiectum, & sicut ipse dicit quòd syllogismus alteri coordinatur, similiter ego dico modum cognoscendi alteri coordinari, ergo modus cognoscendi non poterit esse subie- Confutatio

ctum, argumentum patet cum maiori, minorem probo ex eius fundamẽtis, & arguo sic, vel modus cognoscendi est quid æquiuocum, vel vniuocum, vel analogum, ad ista tria scilicet ad definitionem, demonstrationem, ac syllogismum dialecticum, quodcunque dixerit impugnatur; non primũ, cũ nullum æquiuocum poßit esse subiectum, si dixerit quòd sit quid vniuocum, vel analogum, contra, cognitio cuiuslibet vniuoci, vel analogi coordinatur cognitioni suarum specierum, sicut dicit ipse, quòd cognitio syllogismi coordinatur cognitioni demonstrationis, ergo modus cognoscẽdi similiter coordinabitur suis speciebus, & præsertim perfectioribus, nempè diffinitioni, & demonstrationi, si sic, nõ ergo poterit in logica esse subiectum. Præterea, ad huc sic arguo ex eius fundamẽtis, Illud est subiectum in aliqua facultate, quod continet omnia in ea considerata, àt modus cognoscendi nõ continet omnia considerata in logica; quod probo; quia modus cognoscẽdi, vt patet ex eius positione, non continet syllogismum sophisticum, de quo in libris Elenc. pertractatur:

ergo

ergo modus cognoscendi non erit subiectum logices. Si quis autem Mirand. addictus, dixerit argumentum non valere, quia syllogismus sophysticus reducitur ad dialecticũ animaduertat iste talis se perperam respondere; & ratio est: quia vna species non potest redigi ad alteram, quo igitur modo syllogismus sophisticus: cum sit species syllogismi simpliciter, sicuti est etiam ipse syllogismus dialecticus, poterit redigi ad syllogismum dialecticum? Præterea, cum nullum quatuor quæsitorum possit cognosci per syllogismum sophysticum; minimè ergo syllogismus sophysticus reducetur ad syllogismũ dialecticum, vt est modus cognoscendi. Adhuc sua positio erit diminuta; cum inductio sit modus cognoscendi, ea enim mediante cognoscimus principia, vt scriptũ reliquit Arist. in fine. 2. Post. ac primo Ethic. quæ tamẽ inductio nec sub diffinitione, nec sub demonstratione, nec sub syllogismo dialectico continetur, ergo modus cognoscendi continens definitionem, demonstrationem, ac syllogismum dialecticum non poterit esse subiectum. Si quis autem diceret inductionem

nē reduci ad syllogismum; adhuc iste talis non euadet argumentum, cum Arist. primo Top. posuerit syllogismum, & inductionem esse instrumenta diuersa. Nec est quòd iste talis dicat inductionem tanquàm syllogismum imperfectum reduci ad perfectum; quia pari ratione cum syllogismus dialecticus demonstratione sit imperfectior deberet redigi ad demonstrationem; quod si admiserit, tunc nequaquàm modus cognoscendi erit subiectum logices: sed modus sciendi, qui continet diffinitionem, & demonstrationem. Præterà redarguendus est de inconstantia, quia ipse in 5. libro suæ Apologiæ Sect. prima asserit modum cognoscendi esse finem logices; quomodo ergo erit subiectum logices adæquatum? Amplius, cum modus cognoscendi sit finis logices, sequitur quòd sit subiectum principale, & cum secundum eius positionem sit subiectum adæquatum, sequetur ergo idem esse subiectum principale, & adæquatum; quod est absurdū asserere; vt constat ex declaratis; in initio huius quæstionis. Nec eius ratio alicuius est roboris: cum malè intellexerit verba Arist.

in

in principio. 2. Poſt. licet enim quatuor ſint quæſita, quorum vnum cognoſcitur per diffinitionem ipſum ſcilicet quid eſt: reliqua vero tria per demonſtrationem, non debebat ipſe inferre, quòd hæc tria etiã per ſyllogiſmum dialecticum cognoſcantur, cum nondum ibi animo fuerit ipſi Ariſt. velle de eo habere verba. Quare omittentes hãc opinionem affero aliam, cuius auctor fuit Io. Gand. 2. Met. q. vltima, & 4. eiuſdem q. 6. qui ſuam ſtatuens opinionem hæc habuit verba; Ego credo, quòd logica primo, & per ſe conſideret res ſubiectas intentionibus, ſed intentiones conſideret per ſe non primo; quam opinionem cras proſequemur eam declarando, eamquè à veritate peripatetica recedere demonſtrabimus, & quid in hoc quæſito ſit ſentiendum determinabimus, &c.

LEC. X.

AFFEREBAM vobis opinionem *Io. Gand. qui 2. Met. q. vltima, & 4. eiuſdem. q. 6. ſtatuens ſubiectum logices facul-* Opinio Io Gand.

tatis his verbis vſus fuit. Ego credo quòd logica primò, & per ſe conſideret res ſubiectas intentionibus; ſed intentiones conſideret per ſe nō primò, & hic eramus, ex cuius verbis videtur ſequi ſubiectum logices eſſe res, pròut ſubſtant ſecundis intentionibus, cum de ipſis rebus primò, & per ſe tractetur in logica: non autem de ſecundis intentionibus. Fundamenta iſtius poſitionis colliguntur ex eius verbis immediatè præcedentibus in locis præ allegatis: & primum eſt. Illud, quod diffinitur, diuiditur, & explicatur in logica, id eſt eius ſubiectum: ſed res in logica diffiniuntur, diuiduntur, et explicantur; ergo res erunt logices ſubiectū: argumentum cum maiori notum eſt; minor probatur: nā omnia, quæ tractantur in Prædicam. pertinent ad res, ſimiliter diffinitiones quinque vocum datæ à Porph. rebus ipſis competunt, minimè ſecundis intentionibus: diffinitio enim generis non conuenit ſecundæ intentioni, ſed primæ, & ipſi rei, vt ipſi animali; ergo res ipſæ erunt illæ quæ diffiniuntur, quæ diuidūtur, quæ explicātur; & per conſequens erunt in logica ſubiectum.

biectum. Præterea, prædicationes quæ fiũt in logica non verificantur de ſecundis intẽtionibus, & hoc declaratur: non enim dicitur ſpecies eſt genus, licet dixerit Porph. genus prædicari de ſpecie. Nec ſimiliter indiuiduum eſt ſpecies, licet ſpecies de indiuiduis prædicetur, & ſic de reliquis: intentio enim vnius non eſt intentio alterius: ſed tales prædicationes verificantur de rebus ipſis; ergo res ipſæ, dixit Gandauenſis, erũt logices ſubiectũ his ductus ratiõibus. Quæ eius poſitio eſt reijcienda, cum omnibus refragetur Peripateticis: nullus enim dixit logicam eſſe de rebus ſicut conſtat ex auctoritatibus, quas adduxi, probando dari ſecundas intentiones, circàquè eas logicum verſari. Præterea, repugnat, & ipſi Ariſt. qui initio omnium logices librorum ſemper fecit mentionem ſecundarum intentionum: rerum verò nunquàm meminit. Confutatio

Vtor etiam rationibus, & primò ſic arguo, ſi logica eſſet de rebus per ſe, & primò, neceſſe ergo eſſet ponere aliquam facultatem, quæ ageret de ſecundis intentionibus (cum & de ipſis aliqua facultas poſſit tractare:) ſed

ſed quæ eſt iſta? nulla alia poteſt aßignari, quàm logica: ergo logica nō erit de rebus ſed de ſecūdis intentionibus. Præterea, ſi logica tractat de rebus ꝑ ſe, & primò vel de illis rebus vniuerſaliter ſumptis agit, vel determinatè, non primum: quia coincideret cum Philoſophia diuina: nec ſecundū: quia ſimiliter coincideret cum Mathematica, vel cū Philoſophia naturali, quæ duæ ſciētiæ agunt de rebus determinatè. Præterea ſi logica eſſet de rebus per ſe, & primo, tunc ſicut aliæ ſcientiæ de rebus determinantes ipſa logica egent, tanquàm ſibi ipſis inſtrumento, & miniſtra; ſimiliter logica egeret alia facultate inſtrumentali, & ſibi miniſtra à ſe ipſa diſtincta, conſequentia valet, cum non ſit maior ratio de alijs ſcientijs perractantibus de rebus, quàm de ipſa logica, ſi ipſa quoquè de rebus per ſe, & primo ageret: conſequēs autem eſt falſum, cum nulla talis facultas reperiatur. Prætereà, ſi logica eſſet de rebus per ſe, & primò, tunc eſſet pars philoſophiæ: cuius oppoſitū iam ſtatutum fuit. Adhuc eſſet practica, vel contemplatiua, quorum nullum eſt, vt

ex declaratis in proprio quæſito cōſtat. Adhuc eſſet ſcientia vniuerſaliſsima, ſicut & ipſa prima philoſophia, quod vbiquè negatur ab Ariſt. Præterea, illud logices ſubiectum eſſe, dicendum eſt, per quod diſtinguitur logica ab alijs ſciētijs, at per res primò, & per ſe conſideratas logica ab alijs ſcientijs nō ſeiungitur, ergo logica minimè de rebus pertractabit, ſed de ſecundis intentiobus, cū ratione earū ab alijs facultatibus ſecernatur. Præterea vtor argumēto doctiſſimi Zimaræ, ab eo adducto in annotationibus ſuper quæſt. metaphiſ. ipſius Io. Gand. qui ſic arguit. Illud quod primò diffinitur in logica, quod diuiditur, cuiuſq́; paſsiones, proprietates demonſtrātur, id eſt eius ſubiectū, ſed in logica res nō diffiniūtur, nō diuiduntur, niſi valdè per accidens, ſecundæ vero intentiones primò, & per ſe explicantur, diffiniuntur, ac diuiduntur, ergo ſecūdæ intentiones in ea erunt ſubiectum, minimè ipſæ res, iſtius argumenti minor probatur, ſi enim in logica res primò, & per ſe diffinirentur, diuiderenturq́;, ac explicarentur, tunc logica naturam rerum explicaret,

caret, esset q; realis sciētia, quo dato Arist. 6. Met. tex. 2. fuisset diminutus, qui eam omisit, & inter alias scientias reales non connumerauit, hæc igitur opinio nullo modo erit insequenda. Nec eius rationes sunt alicuius roboris. Prima ratio assumit minorem propositionem falsam, vt patet, ex vltimo argumento ex auctoritate Zimaræ nunc adducto, in quo dictum est, quòd si res in logica diffiniuntur, hoc esse per accidēs, & prò ut attribuuntur secundis intentionibus, vt in Prædicamentis contingit, in quibus substantia consideratur, vt res, sed per accidens, per se autem, & primò consideratur vt secunda intētio est nempè vt est genus generalissimum, quatenus non est in subiecto, quatenus dicitur, vel non dicitur de subiecto. Ad secundam rationem cōcedendum est prædicationes, quæ fiunt in logica, non verificari de secundis intentionibus absolutè sumptis, sed de primis intentionibus iunctis ipsis secundis, prædicata enim quæ primæ intentioni attribuntur nō sibi conueniunt nisi per secundam. Sequitur modo tertia pars quæstionis, in qua veritatē

Sexta opinio, & quæ sui determinatio.

ritatem quæſiti explicare debemus, quam determinando, dico ſyllogiſmum quatenus eſt inſtrumentum quo veritatem à falſitate ſecernimus in alijs ſcientijs eſſe ſubiectũ logices formale, & adæquatum; quam opinionem cæteris veriorem eſſe probo; primò auctoritatibus, & rationibus, ſecundò remouendo rationes, quæ poſſent eam perturbare. In primis omitto, quòd hæc ſit communis opinio quam inſequutus eſt Scotus in Prædicab. quæſt. propria, qui tamen fuit diminutus cum non aſsignauerit rationem formalem, qua ſyllogiſmus conſideratur in logica. Sed & hæc fuit Ariſt. ſententia primo Rhet. dicentis totam logicam de ſyllogiſmo tractare, vel partem. Idem placuit, & ipſi Plotino in principio Aeneadis, qui dixit logicã circà ſyllogiſmũ verſari; Quod etiam rationibus oſtenditur. Illud, à quo logica recipit ſuam vnitatem, id eſt logices ſubiectum, ſyllogiſmus eſt huiuſmodi in logica, eſt enim genus ad omnes eius ſpecies, ergo erit logices ſubiectum adæquatum. Præterà, illud, cuius demonſtrantur paſsiones in logica, & partes conſiderantur; omniaq;

niaq; ei attribuntur, id eſt logices ſubiectum, ſed de ſyllogiſmo paßiones, ac partes demonſtrantur in logica, omniaquè ad ipſum habent reductionem, quam propoſitionem probo, voces enim ſimplices de quibus agit in Prædicamentis coordinantur enunciationi de qua agit in libro Periher. quæ enunciatio ad ſyllogiſmum dirigitur, ſimiliter diffinitio ipſi coordinatur ſyllogiſmo, cũ ipſa ſumatur pro medio termino, vt docuit Ariſt. 1. Priorum Sect. 2. agens de inuentione medij termini, ſimiliter inductio ad ſyllogiſmum reducitur cum ex ea ſyllogiſmus conſtituatur inductiuus, vt habetur ab Ariſt. 2. Priorum cap. de Inductione, eius quoquè paßiones demonſtrantur, vt cõſtare ex tribus terminis, ex duabus propoſitionibus, conſtitui in tali modo, vel tali figura, & conſimiles; eiusq; ſpeties declarãtur, declarat enim Ariſt. ſyllogiſmum demonſtratiuum, dialecticum, ac ſophiſticum, ſequitur ergo quòd ſyllogiſmus, vt inſtrumentum quo verum à falſo in cæteris ſciẽtijs diſcernimus, ſit logices ſubiectum. Præterea, ſecundum omnes græcos expoſito-

res

res intentio ſemper manifeſtat ſubiectum; ſed in logica nil aliud intenditur, niſi docere inſtrumenta, quibus dijudicamus verũ à falſo in cæteris ſcientijs; ſicut ex præcedentibus conſtat. tale autem inſtrumentũ, quo dijudicamus verum à falſo ſolus eſt ſyllogiſmus, quod probatur; hoc enim diffinitioni conuenire non poteſt cum ipſa ſolã rei naturam, ac quiditatem explicet, nec alijs ſpeciebus argumentationis, cum illæ potius cõfirment, quàm quicquã probent; cũ ergo ſecernere verũ à falſo ſolius ſyllogiſmi munus ſit; ſequetur ergo quòd ſyllogiſmus ſub ratione dicta logices ſit ſubiectũ adæquatũ;

Quod etiam magis apparebit remouẽdo rationes, quæ oppoſitũ probare poſſunt; quæ vt facilius tollantur, hæc adnotentur fundamenta, quorũ primũ eſt, quòd ſyllogiſmus, vt inſtrumentum diſcernens verum à falſo duobus accipitur modis, vno modo prò diſcurſu à præmiſſis ad concluſionem; quo modo ſumptus, cum ſit quid complexum nõ poteſt eſſe ſubiectũ: alio modo ſumitur prò voce ſimplici, & incomplexa ſignificante illum actualem diſcurſum à præmiſſis ad concluſ-

conclusionem; quo modo sumptus est quid incomplexum; & per consequens est subiectum. Ex quo fundamento tollitur illa ratio, qua dicunt isti nullum complexum potest esse subiectum, syllogismus est quid cōplexum, vt patet ex eius diffinitione; non ergo erit logices subiectum, quid sit huic rationi respondendum iam est manifestum. Secundò adnotetur, quòd de syllogismo sumpto modo nunc declarato habetur cognitio per sui diffinitionem, & per regulas sibi competentes: non autem per alium syllogismum, ex quo tollitur illud argumentum, quo dicunt, syllogismi nulla habetur cognitio, ergo non potest esse subiectum, antecedens probant, quia si sic, cum omnis cognitio sit per syllogismum; tunc de syllogismo haberetur cognitio per alium syllogismum, & de illo alio per alium; & sic esset processus in infinitum; solutio iam est manifesta. Tertiò est adnotandum, quòd syllogismus omnia in logica considerata continet, non quòd de eis in recto prædicetur: sed quatenus omnia ad ipsum quoquo modo reducuntur. Et Ideò illa propositio: quæ com-

communiter habetur, quæ talis eſt, quòd de ratione ſubiecti adæquati eſt omnia cõtinere, quomodo ſit intelligenda erit notum, omnia .n. continet quatenus aliquo modo omnia ad ipſum reducuntur, minimè omnia continet, vt de eis prædicetur in recto caſu. Ex quo tollitur illud argumẽtum. Id, quod non continet omnia, quæ declarantur in facultate, non poteſt eſſe ſubiectum, ſyllogiſmus eſt huiuſmodi, cum non contineat definitionem, nec inductionem, quia non dicimus, quòd inductio ſit ſyllogiſmus, nec ſimiliter definitio, quæ tamen duo in logica pertractantur, ergo ſyllogiſmus non erit ſubiectum. Reſpondetur ſyllogiſmum non continere diffinitionem, & inductionem, ita vt de illis prædicetur in recto caſu, benè illa continet quatenus ad ipſum aliquã habent attributionem; diffinitio enim aliquo modo ſyllogiſmo attribuitur, cum in eo accipiatur pro medio termino: ſimiliter inductio, cum ex ea conſtituatur ſyllogiſmus inductiuus, ſicut paulò ſupra fuit dictum ex mente Ariſt. in lib. Priorum. Præterea adnotetur hoc quartum fundamentum, quòd ſyllogiſ-

mus modo declarato sumptus est intelligibilis, & sensibilis, quòd sit intelligibilis, cõstat, cum intellectu ipso percipiatur: est verò sensibilis, secundum aliquid sui, ratione scilicet qua, aliqua ex quibus ipse constat, sensu ipso apprahenduntur. Ex quo tollitur aliud argumentũ; dicunt subiectum debet esse intelligibile, sed syllogismus non est intelligibilis, cum nec etiam sit sensibilis, nihilq́; sit in intellectu, quin prius fuerit sub sensu, teste Arist. in libello de Sensu, & Sensili: sed syllogismus nũquam sub sensu fuit; ergo nec in intellectu: Solutio iam erit manifesta, licèt enim syllogismus simpliter nõ cadat sub sensu; ratione tamen eorum, ex quibus cõponitur, sub sensum cadet, & hoc est quod isti dicunt limitantes illam propositionẽ, nihil est in intellectu, quin prius fuerit sub sensu; quòd vera est, vel directè vel reflexè, & sic licèt syllogismus directè non sit sub sensu, reflexè tamen, scilicet ratione eorum ex quibus constat, cadit sub sensum. Vel possumus dicere cum Io. Grãmat. Illam propositionem tantum verificari in rebus naturalibus, quæ materiales sunt,

ſunt, non ergo repugnabit ſyllogiſmum in intellectu reponi: licet ſub ſenſu non cadat: prima tamen ſolutio eſt rectior; cum ex ea propoſitio illa Ariſt. reddatur vera in omnibus, & ſemper verba Ariſt. ſint amplianda cum poſſumus. Notandum eſt vltimò omnia conſiderata in logica reduci ad ſyllogiſmum tanquàm ad ſubiectum adæquatum: non autem vt ad ſubiectum principale: immò ipſe ſyllogiſmus ad aliud reducitur, vt ad ſubiectum principale; & ideò reſpondetur argumento dicentium, Nullum id, quod per aliud cõſideratur põt eſſe ſubiectũ, ſyllogiſmus conſideratur propter aliud nempè propter demonſtrationem, vt habetur ab Ariſt. 1. Priorum ad principiũ; ergo non poterit eſſe ſubiectum; & hoc fuit argumentum excellentiſsimi Baccafer. cui reſpondetur, quòd ſyllogiſmus conſideratur propter demonſtrationem, tanquã propter ſubiectum principale: omnia verò in logica conſiderantur propter ſyllogiſmum, vt propter ſubiectum adæquatum; quare maior argumenti propoſitio erit falſa, cum ſubiectum adæquatum ob principale conſideretur;

retur; omnia tamen conſiderata in logica propter ſyllogiſmum conſiderantur, vt ob ſubiectum adæquatum, & commune. Vltimò tollitur argumentum quo dicunt, Idem non poteſt eſſe ſubiectum totius & partis, ſed ſyllogiſmus ſimpliciter eſt ſubiectum in lib. Priorum ergo non poterit eſſe ſubiectũ totius logices. Reſpondetur non eſſe inconueniens idem eſſe ſubiectum totius, & partis ſub diuerſis rationibus, & ſic eſt in propoſito: ſyllogiſmus enim ſimpliciter ſumptus ideſt incontractè, & pròut abſtrahit ab omni materia particulari, & propria, nempè à materia neceſſaria, probabili, & ſophiſtica; ſic eſt ſubiectum in libro Priorum, dixi quatenus abſtrahit à materia particulari; & propria, quia neceſſe eſt, quòd ſyllogiſmus includat materiam communem: ſyllogiſmus verò ſimpliciter acceptus .i. in cõmuni, & quatenus omnia ad ipſum dirigũtur, eiuſquè ſpecies, ac proprietates conſiderantur eſt ſubiectum totius logices adæquatum, & commune. Et hæc prò hac quæſtione de ſubiecto adæquato logices; Sequitur, vt verba habeamus, de eiuſdem ſubie

cto principali, quod quæſitum in ſequenti aggrediemur, & ipſum perficiemus, &c.

LEC. XI.

QVID eſſet ſubiectum adæquatum logices nos in Lectione vltimò lecta declarauimus, diximuſquè ſyllogiſmũ in communi, & prò ut eſt inſtrumentum, quo verũ à falſo in alijs dijudicamus ſcientijs, eſſe huiuſmodi ſubiectũ, quòd quo modo eſſet verũ explicauimus, diſſoluendo rationes, quæ oppoſitũ probabant. Reliquum modò eſt aggredi quæſtionem propoſitam de ſubiecto principali. In cuius quæſiti explicatione terminos non erit opus declarare, cũ iã ſint noti ex prædeclaratis in quæſt. de ſubiecto adæquato, quare circà hæc non erit amplius immorandum. Prò quæſiti autem propoſiti veritate inquirenda, hunc ſeruabo ordinem, primò veritatem eius adaperiam, qua habita opiniones aliorum à veritate recedentes confutabo, & hoc erit facile, cum teſte Ariſt. primò de Anima tex. 85. rectum ſit iudex ſui, & obliqui. Veritatẽ

An demonſtratio, vel difinitio ſit logices ſubiectũ principale.

Ordo ſeruandus.

Quæsiti determinatio

itaq; quæsiti determinando, dico demonstrationem propter quid esse hoc subiectum principale, quam conclusionem probo, primò auctoritate omnium Græcorũ, qui hoc asseruere, dicentes omnia considerata in logica propter demonstrationem considerari, quod declaro ex Ammonio, qui in proœmio lib. Prædicam. dixit, finem contemplationis esse actionis principium; & è conuersò finem actionis esse principium contemplationis; & hoc declarauit exemplo ab ædificatore sumpto, qui volens domũ construere, finem eius primò mente concipit; & dicit, domum constituam, vt sit operimentũ defendens ab imbribus, & hic incipit contemplatio, vlterà procedens dicit, hoc obtineri minimè pōt, nisi fiat tectũ: neque hoc fieri pōt, nisi erectis parietibus: at parietes erigi est impoßibile, non factis fundamẽtis: neque fundamenta poßunt iaci, terra non effossa. hic comtemplatio desinit, indè actio suum sumit initium. Ideò ædificator, primò effodit terram, qua effossa, iacet fundamenta; quibus iactis, erigit parietes; vltimò imponit tectum; & sic est finis actionis;

nis; sic quoquè facit Arist. dicit Ammon. qui cogitans demonstrationem constituere, dicit, demonstationem constituere volo, at quia demonstratio est syllogismus faciēs scire, ideò opus est syllogismum primò addisce re; & quia syllogismus ex propositionibus constituitur; oportet ergo prius propositiones determinare; quod erit impossibile. nisi prius cognoscantur termini, qui sunt nomina, & verba, ex quibus propositiones constantur, quæ nomina, & verba adipisci est impossibile, nisi prius habitis voci bus simplicibus. hic cessat contēplatio, fitq́; actionis principium. Ideò de vocibus simpli cibus in lib. Prædicam. prius determinat: de nominibus verò, & verbis, ac enunciationibus agit in lib. Periher. posteà de syllo gismo simpliciter tractat in lib. Priorum, vltimò de ipsa demonstratione, & hic est finis actionis, quod fuit principium contemplationis: nec obest, quod demū Arist. pertractarit de syllogismo dialectico, & de sophystico: quia dicam quod hæc pertracta uit in gratiam demonstrationis, probabilia enim ex quibus syllogismus dialecticus cū

constet, disponunt, ac facilitant: syllogismus vero sophysticus, cum sit defectus, & priuatio syllogismi demonstratiui, eum magis confirmat: ex quo discursu patet quòd demonstrationi nempè propter quid omnia coordinantur; ex quo est finis primò intentus, quæ demonstratio est præcipuum instrumentum dirigens intellectum nostrum, qui sui imbecillitate aliquando falsum pro vero in scientijs contemplatiuis: & malũ pro bono in actiuis potest eligere: ideò mediante demonstratione discernit verum à falso, & bonum à malo. quare demonstratio hæc propter quid, vt tale instrumentũ prædictum erit subiectum logices principale. Quod adhuc rationibus comprobo, & primò sic arguo, syllogismus, vt instrumẽtum, quo verum à falso in contemplatiuis scientijs, & bonum à malo in actiuis dijudicamus, est logices subiectum adæquatũ; ergo perfectior eius species erit subiectum eiusdem principale; valet consequentia, cũ subiectum principale sit res perfectior, & dignior considerata; cui tanquàm perfectiori omnia coordinantur: sed demonstratio

est

eſt ſyllogiſmo perfectior, cum omnis ſpecies ſit genere perfectior ſuo; omnibus adhuc ſyllogiſmi ſpeciebus eſt dignior, vt omnibus conſtat: erit ergo logices ſubiectum principale. Præterea, cum finis logices ſit docere inſtrumenta, quibus ſecernimus verū à falſo in contemplatiuis ſcientijs, & bonum à malo in actiuis; illud ergo inſtrumētum, quo præcipuè talem conſequimur finē erit in logica ſubiectum principale, ſed demonſtratio propter quid ex omnium conſenſu eſt tale inſtrumentum, quòd ex ſui etiam diffinitione conſtat, cum ſit ſyllogiſmus faciens ſcire: ergo ipſa erit ſubiectum principale. Ex quibus detegitur, quàm malè iudicauerint dicentes ſubiectum logices principale eſſe ſyllogiſmum in communi: eo quia demonſtratio coordinatur ipſi ſyllogiſmo; cum ſit ipſius ſyllogiſmi ſpecies, qui ſic dicentes non ſunt audiendi: quia debebāt animaduertere demonſtrationē ſyllogiſmo coordinari, tanquā in ſubiecto adæquato, & communi, qui ſyllogiſmus demùm demonſtrationi coordinatur, vt ſubiecto principali, cū ipſa demonſtratio ſit ſyllogiſmo longè per-

Confutantur dicētes ſyllogiſmū in cōmuni eſſe logices ſubiectum principale

perfectior. Quàm malè etiam iudicarint asserentes diffinitionem esse logices subiectum principale, iam erit notum, sed clarius apparebit remouendo eorum fundamenta, quæ sunt hæc, diffinitio est præstantior demonstratione; ergo diffinitio erit subiectum principale; valet consequentia; cum subiectum principale sit res dignior, & perfectior in facultate considerata; probant antecedens, sicut enim substătia est perfectior nobiliorq; accidente, sic instrumentum explicăs substătiam, erit perfectius instrumeto explicante accidens: sed definitio explicat substantiam. demonstratio verò ipsum accidens; ergo definitio erit demonstratione perfectior. Præterea, quod est primò in logica intentum, id est subiectum principale: definitio est primò intenta in logica: ergo, erit subiectum principale. argumentum patet cum maiori, minorem probant, quod est vltimum in executione, est primū in intentione: & è contrà, quod est primum in intentione, est vltimū in executione: at definitio est vltima in executione, cum post demonstrationem sit pertractata; ergo est primò

Confutantur dicétes diffinitioné esse logices subiectum principale.

An diffinitio nobilior sit demŏstratiŏe, uel e contra.

primò intenta. Præterea, illud, cui omnia coordinantur, id eſt ſubiectum principale: omnia coordinantur diffinitioni; quod probant, omnia demōſtrationi coordinantur, et demōſtratio ipſi diffinitioni, vt habetur ab Ariſt. 2. Poſt. qui docuit, quòd & ſi definitio non poſsit demonſtrari, nobis tamen innoteſcit, ac per demonſtrationem manifeſtatur, cum ergo ita ſit, omnia diffinitioni coordinabuntur, & per conſequens ipſa erit ſubiectum principale: cuius oppoſitū iam à nobis eſt determinatum. Ideò his facio ſatis rationibus; & primæ reſpondeo quòd & ſi definitio in ſui natura ſumpta ſit demonſtratione perfectior, non tamen, vt mediū demonſtrationis, quo quidem modo principaliter cōſideratur in logica, et nō in ſe, et in ſui natura, niſi ſecundaria intētione, quo etiam modo ſumpta diffinitio, nempè vt medium demonſtrationis, nō omnia ſibi coordinabuntur: immo ipſa demonſtrationi coordinabitur. Nec ſecunda ratio quicquam cogit, cum aſſumat minorem propoſitionem falſam; in eiuſquè probatione deficiat adhuc in minori nempè, quòd

defi-

definitio ſit vltima in executione: ſupponit enim Ariſt. de diſinitione vt definitio, ſeu vt inſtrumentum ſciendi in 2. Poſt. egiſſe principali intentione, quod eſt falſum: cum de ea Ariſt. prò ut eſt medium ibi pertractet; vt rectè indicauit Io. Gram. ac cum eo Euſtrat: & ſi quis dixerit, cur ergo ſi demōſtratio eſt primò intēta in logica nō fuit vltima in executione? cū id quod eſt primū in intentione ſit vltimū in executione; quòd demōſtratio vltimo loco in logica nō fuerit ab Ariſt. pertractata patet, cū de ſyllogiſmo elenco vltimo loco Ariſt. agat. Reſpondeo, quòd cauſa huius fuit, quia libri ij, in quibus de demonſtratione agit inſcribebantur reſolutorij; ſicuti libri Priorū, in quibus pertractauit de ſyllogiſmo; propter hoc ergo impedimentum non fuit vltima in executione, quare illa propoſitio, quòd eſt primum in intentione eſt vltimum in executione, erit vera, niſi adſit aliquod impedimētum; quod obſtet, quod ſi aderit, non habebit veritatem; ſicut eſt in præſenti: impedimentum autem quod obſtat quin demonſtratio fuerit vltima in executione, iam

Quomodo vera ſit illa propoſitio. Quòd eſt primum in inte. eſt vltimum in executione

eſt

eſt manifeſtum. Vltimæ rationi reſpondeo negando minorem nempè, quòd omnia ad diffinitionem dirigantur: licèt autem Ariſt. 2. Poſt. docuerit diffinitionem manifeſtari per ipſam demonſtrationē ob hoc non ſequitur, quòd demōſtratio diffinitioni coordinetur. immò è contrà eſt, quòd diffinitio ad demonſtrationē dirigitur, cū teſte Ariſt. 1. Poſteriorū cap. 7. omnis diffinitio aut ſit principium demonſtrationis, aut eiuſdem concluſio, aut tota demonſtratio poſitione differens. Quare concludamus demonſtrationem propter quid eſſe ſubiectum principale in logica, cum ſit primò intenta, eiusq́; finis, cumquè ipſi omnia coordinentur. Et ſi quis obÿciat, quì fieri poteſt, quòd diffinitio ſumpta, vt inſtrumentum ſciendi, de qua iuxtà determinata, agit Ariſt. ſecundo Poſt. ſecundaria intentione coordinetur demonſtrationi? videtur hoc quidem abſurdum; eò quia difinitio ſic ſumpta eſt demonſtratione perfectior: abſurdum autē videtur eſſe quòd perfectius imperfectiori coordinetur. Reſpondeo, id quod habetur prò abſurdo, non eſſe abſurdum: contem-

platio

platio enim eſt perfectior ipſa praxi, teste Alex. Aphrod. in proœmio Met. contemplatio autem quandoq́; ad ipſam derigitur praxim; ſicut eſt videre in artibus; ſic etiam in præſenti de diffinitione eſt aſſerendum; & hæc quo ad explicationē diffinitionis logices accipiendo logicam pro facultate docente modos arguendi; quo modo ſumpta continebat ipſam Dialecticam, & ſimiliter accipiendo logicam in proprio ſignificato, pro facultate docente ipſam demonſtrationem, & ea, quæ ipſi coordinantur demonſtrationi dicta ſint. In ſequenti habebimus ſermonem de vtilitate, ac neceſſitate ipſius logices.

LEC. XII.

POSTQVAM *explicauimus ea, quæ principaliter conferebant cognitioni logices, reliquum modo eſt, vt prò pleniori intelligentia, ac cognitione eiuſdem logices, quædam alia explicemus, quæ etiam non paruam vobis afferent vtilitatem. hæc autem erunt præcipuè numero quatuor: Quo*

rum

rum primum erit de vtilitate, ac neceſsitate ipſius logices, ſimulquè, & Dialectices, ſimiliter enim nunc loquimur de logica in communi, vt comprahendit, & ipſam Dialecticam. Secundum caput erit de eiuſdẽ diuiſione. In tertio capite diſſeremus de ordine ipſius ad alias facultates, & ſcientias, inquirendo, an antè omnes ſcientias ſit addiſcenda, vel poſt. In quarto, & vltimo ſermonem habebimus de nomine auctoris, quem quilibet in logica acquirenda debet inſequi. Aggredior primum caput de vtilitate, & neceſsitate logices, quod caput cum duo complectatur, in duas erit partes diſtributum; in quarum prima declarabimus eius vtilitatem, in ſecunda de eius neceſsitate diſputabimus. Licèt antẽ vnicuiquè vtilitas logices poſsit eſſe ex prædeclaratis manifeſta, vt tamen magis elucеſcat proponitur hæc prima quæſtio, An logica nobis aliquam vtilitatem afferat; Cui paucíſsimis reſpondendo, dico logicam maximam nobis vtilitatem præſtare in acquiſitione aliarum ſcientiarum; quam concluſionem eſſe veram quampulchrè declara-

De vtilitate logices.

uit Ammon. in sua præfatione ad prædicam. qui dixit, quòd cum intellectus noster sui imbecillitate possit in scientijs errare; in contemplatiuis quidē accipiendo falsum prò vero: in actiuis verò malum prò bono, indiguit ergo quibusdam regulis, ac instrumentis, quibus mediantibus in contemplatiuis scientijs secerneret verum à falso, cognoscendo, verū esse verū, & falsum esse falsū, in actiuis verò bonū à malo; similiter appræhendendo bonū esse bonum, & malū esse malum. quas regulas, & instrumenta acquirimus ex logica ipsa; sicut notū est ex diffinitione logices iam data; & sicut etiam magis apparebit infrà dum pertractabimus de Dialectica propriè sumpta: cū ergo logica doceat huiusmodi regulas, ac instrumenta, quibus intellectus noster dirigitur in omnibus scientijs consequendis, præseruaturq; ab erroribus, quàm maximè erit vtilis. Addendū est, quòd, sicut faber lignarius rubeo filo partem ligni curuam à recta discernit, & sicut ædificator ipso perpendiculo dijudicat rectum à non recto; sic quoquè intellectus noster, & quilibet artifex

ſex ſcientificus ad hoc vt verum à falſo, bonumquè à malo dijudicet vtitur inſtrumentis, ac regulis, quæ ex logica habentur. quàm maximè igitur logica erit vtilis; ex qua ſui maxima vtilitate quam vnicuiq; præſtat, erit etiam ab vno quoquè quàm maximè expetenda; ideo Ariſt. quamplurimis in locis dixit, Antiquos à veritate deuiaſſe ob logices ignorantiam; cui ſententiæ ſubſcripſit Gal. in primo de Temperam. ac in lib. de Conſtitut. Artis Medicæ, qui enumerans ea quæ conferunt ad rerum cognitionem conſequendam, quæ numero ſeptē erant inter ea logicam enumerauit. Sed ſtatim quis obijciet rationi adductæ, dicetq; eam inniti in fundamento falſo, nempè intellectum noſtrum in ſcientijs poſſe decipi, ac errare; quod videtur falſum, ratione hac, In abſtractis à materia non cadit error, ſicuti ſcriptum reliquit Ariſt. 9. Met. tex. vltimo: at intellectus noſter eſt virtus ſeparata à materia, vt. 3. de Anima tex. 4. 6. & 7. ac ibidem in quàm plurimis alijs locis manifeſtè colligitur; ergo in intellectu noſtro non cadet error; & per conſequens

An intellectus poſsit decipi, & errare in acquiſitione ſciētiarum.

L intel-

intellectus noster non egebit his instrumentis, ac regulis logicalibus. Omitto solutionem Alex. qui negauit minorem propositionem, & asseruit intellectum esse corruptibilem; qui sic dicens nullo modo est audiendus, cum repugnet veritati, recedatquè ab Arist. qui nunquàm talis fuit opinionis; sicut constat per totum tertium librum de Anima, ex quò manifestè totum oppositũ colligitur. quare respondeo aliter argumento, dicoquè maiorẽ propositionem desumptã ex. 9. Met. veritatẽ habere in simpliciter abstractis at in abstractis secundũ quid, quemadmodũ ẽ intellectus noster, non verificatur, qui tantum est abstractus à corpore tanquàm subiecto, & organo: nõ autẽ vt obiecto. Sed de hoc in Tract. nostro de Immortal. Ani. nuper ædito dilucidius dictũ est. Ad propositũ itaq; redeũtes, logica erit quã maximè vtilis pro scientijs consequẽdis, cũ doceat instrumẽta, quibus intellectus noster ab erroribus custoditur. Sed adhuc quis obijciet, dicetq; concedo logicã esse vtilẽ pro acquisitione aliarũ sciẽtiarum: quia habeo modum, quo illis confert,

qui

qui modus eſt, quatenus docet inſtrumenta, quibus intellectus noſter in ſcientijs diſcernit verum à falſo, & bonum à malo, in eisdemquè ab erroribus præſeruatur; vellem modò ſcire quæ ſint illæ ſcientiæ, quibus logica confert, & quæcũque fuerint adhuc cuperem ſcire an illis æqualiter conferat, an verò aliquibus ſcientijs magis, aliquibus minus. Reſpondeo vtrique dubitationi propoſitæ, & dico, quòd ſcientiæ quibus logica eſt vtilis, ſunt hæ, Philoſophia diuina quæ dicitur Met. Naturalis Philoſophia, Theologia, ac Mathematica; magisq́; tribus primis confert quàm vltimæ; & hoc declaro, præmittendo nos duobus modis vti poſſe logica, ſicut pleriſquè in locis teſtatus eſt Auerroes, & præcipuè primo Phyſ. com. 35. ac. 8. eiuſdem com. 70. in Epit. Met. tractatu 2. & 2. Met. com. 15. ac. 7. eiuſdem com. 2. primoq́; Ethic. cap. 3. primus modus, quo ea vtimur, eſt quatenus logica docet inſtrumenta, & regulas intellectum noſtrum in ſcientijs dirigentes; & hic modus eſt ſibi proprius: alius, & ſecũdus modus eſt, quatenus vtimur in alijs

Quæ ſint illæ ſcientiæ quibus logica eſt vtilis.

An logica æqualiter conferat ipſis ſciẽtijs, an aliquib' magis, aliquibus minus.

ſcientijs principijs in logica declaratis, ratione cuius duplicis vſus dixi; & dico logicā magis inſeruire Metaphyſicæ, Naturali Philoſophiæ, ac Theologiæ: minus verò ipſi Mathematicæ. Loquēdo de primo logices vſu, ratio cōcluſionis dictæ ſatis eſt in promptu; & hac eſt, quia Metaphyſicus, Phyloſophus naturalis, ac Theologus frequentius diffiniunt, diuidunt, ac argumentantur, quàm ipſe Mathematicus. Sed dicet ille, immò frequentius Mathematicæ diſciplinæ vtuntur demonſtratione, quàm tres prædictæ. Mathematicæ enim diſciplinæ ferè ſemper in demonſtrando conſiſtunt. Reſpondeo, quòd etſi Mathematicæ diſciplinæ frequentius demonſtrarēt, quàm aliæ tres, ob hoc tamen non eſt inferendum logicam magis illis conferre: immò minus; & huius ratio eſt, quia etſi frequentius vtantur ipſis demonſtrationibus, non tamen eis vtūtur modo in logica expoſito; quod cōſtat ex hoc, quia Mathematicæ diſciplinæ quo ad vſum parum curant formam ſyllogiſticam; ob hoc tamen non eſt negandum quin demōſtrationes mathematicæ poſſint reduci ad mo-

modum demonſtrationis in logica declaratum; ad quem etiam ſi reducentur adhuc aſſero logicam eis minus inſeruire; cuius ratio eſt, quia ipſæ Mathematicæ diſciplinæ non ita frequēter definiunt, diuidunt, modoquè logico demonſtratione vtuntur; ſicut faciunt tres prædictæ ſcientiæ. Quo etiam ad ſecundum logices vſum, logica tribus prædictis ſcientijs maiorem præſtabit vtilitatem, quàm Mathemeticis diſciplinis; ratio eſt euidens, cum illæ ſcientiæ frequentius vtantur principijs in logica declaratis quàm Mathematicæ diſciplinæ, quæ raró immò ferè nunquàm eis vtuntur. Sed adhuc quis dubitabit, an logica ſit vtilis Ciuili Facultati; & ſi ſic, dicet cur non connumeraſti eam inter alias ſciētias? Præterea dubitabit etiam quiſpiam An logica Artibus mechanicis conferat. Reſpondeo quòd logica multum confert Ciuili facultati; eam tamen inter alias nō connumeraui, cum non ſit ſcientia, licet ſcientifico modo procedat; ſicut vnicuiq. poteſt eſſe manifeſtū ex declaratis in quæſtione, An logica ſit ſcientia? ſat eſt quòd logica ei

An logica conferat ciuili facultati.

multum confert: nam cum ciuilis facultas ſcientificè procedat, indiget tunc modo ſciē di, qui declaratur in logica: ipſa enim diffinit, & diuidit, ſed modus diuidendi, & diffiniendi habetur à logica. Vtilis quoquè eſt artibus mechanicis, cum & ipſæ certis comprehendātur præceptis, quæ ex logica habentur; dato autem, ſed non conceſſo, quòd artes mechanicæ tantum animaduer ſionibus quibuſdam comprehenderentur, minimè regulis, ac præceptis certis adhuc ipſa logica multum illis conferret: eo quia aptæ ſunt ab ipſa logica proficiſci. quod etiam patet ex hoc, quia ſi artifex logica erit præditus, compendioſa, breuiorique via quod vult efficiet, quàm ſi ea carebit; & hæc de eius vtilitate. Sequitur vt de neceſsitate eiuſdem pertractemus; ideò proponitur hæc difficultas diſcutienda, an logica ſit ſimpliciter neceſſaria pro aliarum ſcientiarum acquiſitione. verum vt temporis ratio etiam habeatur in ſequentem diem quæſitum hoc reijciemus.

An logica conferat artibus mechanicis.

LEC.

LEC. XIII.

QVATVOR propoſuimus capita pro vberiori logices cognitione explicanda, quorum primum fuit de vtilitate, ac neceſsitate logices: quod caput duas complectebatur partes quarum altera continebat vtilitatem, quam iam explicauimus: altera pars continebat neceſsitatem, de qua in præſenti diſſerendum eſt; ideo propoſita fuit hæc difficultas, An logica pro acquiſitione aliarum ſcientiarum eſſet ſimpliciter neceſſaria.

An logica prò acquiſitione aliarum ſcientiarum ſit ſimpliciter neceſſaria.

Pro cuius quæſiti veritate inquirẽda, ſeruabo ordinem, quem ferè ſemper ſolitus ſum inſequi, primò proponam quid ſit ſecundum veritatem ſentiendum, demum quid ſenſerint alij in medium afferam; inſimulquè reſpondebo rationibus ipſorum, quod non erit difficile, ipſa veritate primò perſpecta.

Ordo procedendi.

Reſpondendo itaquè difficultati propoſitæ pono hanc cõcluſionẽ. Ad hoc vt ſciamus nos ſcire, logica nobis eſt ſimpliciter neceſſaria in conſequendis cæteris ſciẽtijs ordine recto traditis; vbi accipio neceſſarium eo modo quo accepit Ariſt. 5. Met.

Dillucidatio quæſiti.

cap. 5. prò eo nempè ſine quo res ſtare non poteſt. Quam concluſionem eſſe veram, pro bo primò auctoritatibus grauiſsimorũ philoſophorum demum rationibus; & in primis accipio auctoritatem omnium Arabum, Auicennæ quidem, qui in ſua logica cap. 2. hoc aſſeruit: idẽ voluit AlgaZel. cap. 2. qui ne dum dixit logicam omnibus ſcientijs fore neceſſariam: immò, & ad fœlicitatem conſequendam. Eiuſdem fuit opinionis Auerroes. 2. Met. com. 15. dum dixit. Qui vult logicam, & ſcientiã ſimul quærere, ſimilis eſt illi, qui viã docet, cum eam addiſcit; ſimilis quoquè eſt illi medico, qui medicinam propinauit infirmo, poſtea librum inſpexit, & infirmus mortuus eſt: Eandẽ ſententiam inſequuti ferè ſunt omnes Latini, vt Albert. Magnus ſuper Porphir. qui habuit hac verba. Qui logicam ignorat, ſi quid ſcire videatur, illud tamẽ neſcit, cum nec ſuum, nec aliorum errorem animaduertere poſsit: Eandemq; habet habitudinem ad id, quod ſcire videtur, quã habet ignis ad ſuum combuſtibile, qui illud comburit, neſcit tamen ſe comburere.

quare

quare ſi homo aliquid debet ſcire, non ſolū illud per demonſtrationē acquirere debet, Sed etiam oportet ipſum cognoſcere ipſam demonſtrationem, ex qua in nobis fit ipſum ſcire; quæ demonſtratio ex logica habetur. Omnes etiam Græci hoc idem comprobarūt Alex. Aphrod. primo Priorum in proœmio dixit. Demonſtrationem maximo honore, ac ſtudio eſſe dignam, cum ex ea veritatis cognitionem conſequamur ex qua Deo ſimiles reddimur: Quam eandem ſententiam confirmauit ipſe Alex. 1. Top. in principio ſcientias ſine demonſtratione eſſe non poſſe, quæ demonſtratio ex logica habetur: Idem aſſeruere Ammon. initio. Prædicab. & Prædicam; & Simpl. ibidem, ac Io. Gram. initio. 1. Priorum. Sed quid plura? Cum ipſe Ariſt. pluribus in locis, & præcipuè. 1. de Partibus Animalium cap. 1. dixerit antiquos aberraſſe ob defectum cognitionis huius modi perfectè ſciendi, qui ex logica habetur: cui ſubſcripſit Gal. lib. 2. Simpl. Pharm. cap. 3. dicens, Medici logicas methodos ignorantes, errant errore quàm maximo: pertranſeūt enim terminos proprios,

deinde

deinde tam fœdè in rationibus hallucinantur, ac pueri modò speculationem logicam ingressi: cuius demum necessitatem in Lib. cui titulus est, An sanguis in arterijs contineatur, manifestè, probauit: similiter Proclus super primum librū Euclidis cap. 14. & Plotinus in prima Aeneade approbauit quoq; Arist. sententiam: quæ etiam colligitur ex Platone 7. de Repub. ac in Phedro, qui dixit. Magnas artes absquè exercitatione dialectica stare non posse; ob quam fortasse caussam in Phylebo vocauit ipsam donum Dei. Hanc etiam Dialectices necessitatem D. August. lib. 3. Accadem. quæstion. cap. 15. his verbis docuit, Sola Dialectica scit scire; sola scit discere, sola sciētes facit, sola scit scientes facere. Quare logica prò acquisitione aliarum scientiarū erit simpliciter necessaria, ad hoc videlicet, vt sciamus nos scire, vt diximus in conclusione proposita. Quam eandem conclusionem rationibus his comprobo, & primò sic arguo. Scientiæ vtuntur ipsa demonstratione in danda cognitione certa, ac euidenti ipsarum rerum, & præcipuè complexarum;

rum;

rum ; ergo demonſtratio perfecta ipſis ſcien tijs eſt neceſſaria : ſed perfecta demonſtrationis cognitio ex logica habetur : immo abſquè logica demonſtratio nō poteſt cognoſci; ergo logica alijs ſcientijs eſt ſimpliciter neceſſaria. Reſpondebit quis huic rationi, ſcientias demonſtrare perfectè ſuas concluſiones per logicam coniunctam, ſeu naturalem: non autem per logicam ſeparatam quæ logica ſeparata eſt quæ habetur ex libris logicalibus. Iſte ſic reſpondens animaduertat reſponſionē hāc nullam eſſe; et ratio eſt, quia logica coniuncta eſt ipſa met ſcientia; igitur ipſa per ſe ipſam demonſtrari non poterit; neceſſario itaquè egebit logica ſeparata: Quod confirmatur; tunc enim alicuius rei demonſtrationem perfectam habemus, cùm eam ex cauſis veris, primis immediatis, indemonſtrabilibus, ac neceſſarijs, ex alijsquè condicionibus ipſi demonſtrationi requiſitis, habemus; quarum condicionum cognitio non niſi ex logica habetur; erit ergo logica ſimpliciter neceſſaria. Quod adhuc confirmatur, omnes ſcientiæ habēt partes rectè ordinatas; adeò

quòd

quòd, sicut absquè partibus non possunt esse, sic quoquè absque recta partium coordinatione ipsas fore est impossibile: at ipsarum scientiarum partes non rectè disponuntur, nisi per methodum, quæ methodus si à scientijs auferatur, statim ipse destruentur scientiæ, quæ methodus addiscitur ex logica; ergo logica prò ipsarum scientiarum, acquisitione simpliciter erit necessaria. Præterea, sicut Metaphysica texte Auerroe in Paraph. Met. cui subscribit D. Thom. ibidem in proœmio, est simpliciter necessaria, quia dat cognitionem quorundam prædicatorum, quæ ferè in omnibus reperiuntur scientijs; sic quoq; logica erit simpliciter necessaria cæteris scientijs: quia dat cognitionem omnium vocum, quibus aliæ scientiæ, tamquàm instrumẽto vtuntur; Nec est quòd quis dicat, rationem hanc non valere, eo quia si Metaphysica propter rationem dictam esset simpliciter necessaria, tũc esset prius addiscenda, sicut, & ipsa logica, quod est falsum: quia discrimen maximum est inter Metaphysicam, & Logicam. Logica enim cum sit habitus instrumẽalis,

mini-

minimè ipsa Metaphisica, inde est quòd prius ipsa logica est addiscenda, cæterisq́; scientijs præponenda, pro quarum acquisitione erit simpliciter necessaria; ad hoc tamen, vt sciamus nos scire, & hæc fuit conclusio, quam intendebamus probare. Quare secus sentientes debent silere: & in primis ipsi Ephectici, seu inhibitores dicti; quorum princeps fuit Pyrro, qui negans rerũ comprahensionem, ac scientiam, negauit quoquè facultatem rationalem nedum illis esse necessariam, immò nec vtilem asseruit; cuius opinionis fuit Heraclitus, vt habetur ab Arist. 4. Met. tex. 22. Iste negauit rerum posse haberi certitudinem, ac scientiam, hac ductus ratione: quia asserebat omnia in continuo motu, & mutatione esse posita; ideo eorũ natura fluxa erat, ac caduca, quam ob caussam sub scientiam cadere non poterant: quam suam positionẽ hoc exemplo explicabat, sicut fieri nequit hominem bis eundem flumen ingredi: quin immo Cratilus hãc positionem insequutus, ipsum Heraclytum increpabat quòd ne dũ bis, sed nec semel quidem homo eundem flumen

Opinio prima inhibit. confutatur.

flumen potest ingredi; ideo ipse non audebat quicquàm dicere, sed nutu digiti omnia annuebat vel abnuebat, asserens, res esse mutatas antequã responderetur, vt habetur ab Arist. loco nunc allegato, ad propositum redeuntes, cũ homo non possit non modo bis, sed nec semel quidem eundem flumen ingredi ob eius cõtinuam mutationẽ; sic quoquè de ipsis rebus quicquàm ennunciare erit impossibile; cum earum natura sit fluxibilis, ac caduca, in perpetuoquè motu, ac mobilitate consistens. quare nec ipsarum certitudo, nec scientia haberi poterit; propterea isti hanc positionem insequentes, sicut negant scientias, sic quoquè negant facultatem rationalem esse vtilem, vel necessariam. Cuius opinionis fuit Erasistratus quidam, dixit Galenus in lib. cui titulus est, An sanguis in arterijs contineatur, cap. 7. qui cõfugiens ad Pyrrhonicam rusticitatem, tanquàm in asylum quoddam, facultatem Dialecticã negauit. Contra quã opinionem nõ est quòd multum insistamus, cum totum oppositum iam pateat, cumq; eorum fundamentum à Platone, & à Galeno rectissimè

Opinio Erasistrati confutatur

rectiſsimè damnetur. Plato deſtruens hāc poſitionem tali medio eos deludebat. Vos qui dicitis rerum non dari ſcientiam, aut ſcitis nullam eſſe ſcientiam, aut non; ſi ſcitis, falſum ergo eſt quod dicitis nullam eſſe rerum comprahenſionem, ac ſcientiam. ſi neſcitis, nobis ergo fides non erit præſtanda, cum hoc quod negatis non cognoueritis. quare dementes quoq; ij erunt, qui vobis fidem adhibebunt, tanquàm neſcientibus, ſcientiam eſſe. Galenus verò loco allegato Eraſiſtratum negātem Dialecticam deludens, ſic ipſum ſimiliter redarguebat, Aut ex qualibet aſſumptione ſequitur quælibet concluſio, aut non; ſi primum dixerit, ſic argumentatur Gal. Ignis eſt calidus, nix eſt frigida; ergo Eraſiſtratus eſt ſtupidus; ſi verò aſſeruerit quamlibet concluſionem ex qualibet aſſumptione non ſequi, neceſſaria ergo erit facultas, quæ nos doceat quando illud tale ſequatur, & quando non: huiuſmodi autem facultas eſt ipſa Dialectica, ergo Dialectica prò ſcientijs adipiſcēdis erit ſimpliciter neceſſaria, ad hoc vt ſciamus nos ſcire; ſicq́; pro huius

poſsi-

poſitionis confutatione, contenti erimus argumento Platonis, & Galeni; Silere quoq; debet Io. Gand. qui 1. Met. q. 2. & 2. eiuſdem. q. 12. putauit logicam non eſſe abſolutè neceſſariam prò conſequendis alijs ſcientijs: ſed tantum ad benè eſſe; qui tanquàm mendax ſibiquè inconſtans iure meritò poteſt redargui; qui veritate coactus. 1. Met. in fine quæſtionis. 2. antequàm reſponderet ad argumenta quæſtionis principalia, hæc habuit verba; Et tu dic, quòd tunc aliquis neſcit ſe ſcire, qui ſcit alias ſcientias ſine logica; Quæ verba noſtram concluſionē manifeſtè perſuadent. Silere etiam debet Rodulphus Agricol. qui in 2. lib. ſuæ Dial. cap. 5. hanc Ioannis poſitionem laudauit. Sed ne eos gratis damnare videar adducā eorum fundamenta, quibus, & ego alia addam, vt quilibet quanti ſint roboris poſſit dijudicare, quibus etiam ſatisfaciam. Primum fundamentum fuit, ſi logica ſimpliciter alijs ſcientijs eſſet neceſſaria, aliæ ſcientiæ ſine logica non poſſent addiſci: ſed Hyppocrates, qui meritò inter ſapientes ab omnibus connumeratur ſine logica omnes

Opinio Io. Gand. confutatur.

Opinio Rodul. Agric. cōfutatur.

Rationes probātes logicā nō eſſe neceſſariā.

didicit

didicit ſcientias: immò eam ignorauit; ſicut teſtatur Monacus, pluſquam Commentator dictus in primo Artis Medicinalis Galeni com.1. & Haly. ibidem com. 10. ac Conciliator differe. 1. Quæ propoſitio adhuc poteſt confirmari ex Auerroe in fine proœmij Phyſ. vbi dixit Ariſtotelem logicã adinueniſſe, eamquè perfeciſſe: immò ipſe Ariſt. hæc de ſe ipſo in fine 2. Elen. ſcripta reliquit. modo cum Hippocrates præceſſerit Ariſt. didiceritquè abſquè logica ipſam Medicinam, ac cæteras ſcientias; ergo logica alijs ſcientijs ſimpliciter non erit neceſſaria. Secundum eius argumentum. Multa theoremata Geometriæ abſquè logica addiſcuntur; ergo logica non eſt ſimpliciter neceſſaria; antecedens eſt notum experientia puerorum, qui ſine logica addiſcunt quòd ſuper datam lineam contingit triangulum æquilaterum conſtituere. Tertium argumẽtum, Scientiæ adinuentæ fuerunt ante Dialecticam, ſimiliter, & Artes multæ; & hoc eſt clarum, cum logica vltimò fuerit inuẽta, at ij qui eas inuenere didicerunt illas abſquè logica; ergo illis non eſt ſimpliciter

necessaria. Quartum argumentum est, Arist. in lib. de Diuinatione, ac in. 30. Particula Prob. recenset quosdam, qui ex morbis melancholicis facti fuere poetæ, vt fuit Marattus Syracusanus; addas etiam sicut sunt illi, qui à nobis indemoniati dicūtur qui multa de scientijs loquuntur absquè logica; quod argumentum confirmari potest ex Theologis, qui in primo Sent. in Proœmio fatentur dari scientiam in nobis infusam, quæ talis sinè logica habetur. Quod etiam confirmatur, cum multa ex præceptoribus absquè logica addiscantur; ergo logica simpliciter non erit necessaria. Præterea, facile non dependet à difficili, seu ad addiscendum facile non est necessarium prius addiscere difficile: at Dialectica est cognitu difficillima: alia verò sciētiæ sunt ipsa faciliores; ergo Dialectica non erit illis simpliciter necessaria. probatur minor experientia, nam reperiuntur homines rudes, qui ad Philosophiam, vel ad alias facultates sunt aptißimi: ad hoc verò vt dialecticis erudiantur sunt ineptissimi, quæ etiam propositio ratione confirmatur, quod

eget

eget operationibus reflexis eſt cognitu difficilius eo, quod ijs non eget: ſed logica eget operationibus reflexis, quibus aliæ ſcientiæ non egent: ergo eſt difficilior. Præterea ſapientiſsimus Plato in lib. de Repub. inſtituit pueros prius Mathematicis diſciplinis fore erudiendos, iuſsitquè neminem ante trigeſimum annum accedere ad Dialecticam facultatem. Sequitur ergo ex eius ſententia Logicam non eſſe ſimpliciter neceſſariam. Vltimò vtor argumento, quo vſus eſt Io. Gram. contra Stoicos aſſerentes logicam eſſe partem philoſophiæ, quod à nobis etiam fuit adductum, Ablata Logica non aufertur philoſophia; ergo logica nõ eſt eius pars; cum dempta parte totum auferatur; modò hoc argumẽtum ſupponit philoſophiam poſſe eſſe ſine logica; ſi ſic, ergo logica non erit ſimpliciter neceſſaria alijs ſcientijs. Hæc ſunt argumenta, quibus ij probant ſuam poſitionem, & quibus fulciri poteſt. Quibus ſatisfacio. Ad primũ, non dico ſicut dixit doctiſsimus Zimara in ſuis Annotationibus ſuper Quæſt. Ioã. Gãd. quòd Hippoc. ex bonitate ingenij ſui, ac Solutio p̃dictarũ rationum.

suæ complexionis assequutus fuerit omniũ scientiarũ cognitionẽ per inuentionẽ; et ex cõsequẽti deuenerit in cognitionẽ logices, per quã logicã per inuentionẽ habitã deuenit in cognitionem aliarũ sciẽtiarum: quia sic dicendo, sequitur quòd ipse Hyppoc. non cognouerit se perfectè scire. Si enim absq; logica deuenit in cognitionem aliarũ scientiarum ex bonitate sui ingenij, ac complexionis, quo modo ergo sciuit se perfectè scire? cum non sciuerit se scire per demonstrationem. Dico igitur falsum esse Hyppoc. logicam ignorasse: immò eam perfectè calluit; vt ex Gal. primo de Elementis colligitur, vbi dixit Hyppoc. primum fuisse, qui demonstrauit. 4. esse elementa; quem demum insequuti sunt Plato, & Arist. ac cæteri. Eadem sententia ex Gal. colligitur in eo libello, cui titulus est, Quòd bonus medicus debet esse optimus phylosophus: immò ex suis Aphorismis colligitur ipsum quàm optimè logicam calluiße, cum plures ibidẽ construxerit demonstrationes vt, patet ex. 14. Aphor. Primæ particulæ, vbi demonstrauit eos, qui crescunt plurimo egere nu-

trimento: quia plurimum habent calidi innati; quæ demonſtratio eſt perfectiſsima. Cum verò dicebatur Ariſt. adinueniſſe logicam, eamquè perfeciſſe dico hæc eſſe vera, quatenus ipſe Ariſt. eam ordine rectò diſpoſuit; & licet anteà non eſſet rectè ordinata; ob hoc tamen erat cognita. Ad ſecũdum, negandũ eſt antecedens, nempè Theoremata Mathematices abſquè Dialecticà poſſe sciri; Nec experientia à pueris deſumpta alicuius eſt roboris, qui licèt memoriæ mandent illa theoremata, neſciunt tamen ſe ſcire, cum ſcientia ſit illa, qua ſcimus, & ſcimus nos ſcire; & hoc auxilio logices habemus. Ad tertium, dicimus Scientias, et Artes fuiſſe adinuentas ante logicam, ſed imperfectè; & hoc reſpectu hominum, qui illas didicere ſine logica: non enim ſciebant ſe ſcire. Sicut ergo ij tales habuerunt illas ſcientias, ſed imperfectè, ſic quoquè habuerunt logicam imperfectam, quæ eſt logica naturalis; & ſi illas perfectè calluerint; ſic etiam fuit neceſſarium illos præditos fuiſſe logica perfecta, ac artificiali. Et ſi quis dixerit non ne poſsibile eſt, quòd aliquis adinuenia-

ueniatur qui naturaliter ita ingenio polleat, vt sine logica artificiali, quæ docet hæc sciendi instrumenta, scientias possit consequi? Quis erit iste talis dicam, & eum admirabimur? Præterea dicam, quòd si talis reperiatur, non sciet tamen se scire: eo quia licet consequutus fuerit omnes scientias, ignorabit tamen se scire: quia ignorabit ipsam demonstrationem, ignorando an termini in ea sint rectè dispositi. Et si quis adhuc voluerit hunc talem ipsam demonstrationen assequutum fuisse, sicut & cæteras scientias, dicã hoc esse impossibile, cum sit præter rectum ordinem doctrinæ. Quo etiã modo respondetur ad quartum; dicendo argumentum hoc non esse ad propositum: cum nos loquamur de scientijs ordinatè acquisitis; & ideò Auer. in fine lib. de Somno, & Vigil. dicit talem cognitionem non esse practicam, nec speculatiuam, sed esse virtutem cogitatiuam, quæ futurorum, ac singularium est; Addidit Auer. quòd si quis ponat aliquẽ modum hominum, qui comprahendunt scientias sine disciplina, hos tales homines esse æquiuocè homines: immò magis

gis

gis videtur Angeli, quàm homines: sed hoc videtur impoßibile ex hoc, quod dico; cognitio .n. speculatiua vna est in se non diuersa, siue fuerit scita per disciplinam, siue sine disciplina, &c. Dicam præterea, quòd si tales homines absquè logica consequuti sint scientias ignorabant tamen se eas poßidere, ob logices ignorantiam. Ad confirmationem ex Theologis sumptam, dico eorum dictum esse verum, sed non Peripateticum. Ad vltimam confirmationem dico sicut sæpius dictum est, quòd et si ex præceptoribus verè multa addiscantur, adhuc tamẽ, vt tales cognoscant se scire, egent cognitione logices. Ad aliud, negatur maior immò stat, quòd facile à difficili dependeat; & præcipuè cum difficile sit initium sciendi ipsum facile; sicut est in præsenti de logica, quæ licèt sit difficilior, quia tamen docet instrumenta sciendi, ideò aliæ ipsa egent, vel dicamus. quòd logica est alijs scientijs difficilior, et est etiam facilior; sed sub alia, & alia ratione: quo enim ad modum addiscendi est difficilior alijs: aliæ verò scientiæ sunt faciliores. Et quia antequàm ad

eas accedamus iam modũ addiſcendi adepti ſumus, quo caremus antequàm logicã addiſcamus: ratione verò qua adiuuat intellectum noſtrum, vt percipiat res difficillimas in alijs ſciẽtijs, ſic eſt cæteris facilior; Colligatur igitur in omnibus facultatibus duo reperiri. reperitur primò modus addiſcendi: reperiuntur ſecundò res ipſæ de quibus eſt habenda cognitio. ratione primi logica eſt difficilior ratione ſecundi eſt facilior. Ad aliud argumentum ex auctoritate Platonis deſumptum, dico Platonem non protuliſſe ea verba, quia cenſuerit logicam non eſſe ſimpliciter neceſſariam ipſis ſcientijs: quinimmò hoc ipſe ibidem voluit, dicens, Magnas artes ſine exercitatione Dialectica ſtare nõ poſſe. Quare ergo prohibuit quin ante trigeſimum annum operã Dialecticæ facultati darent, ſed primò iuſſit in Mathematicis diſciplinis fore erudiendos? Dico quòd ratio huius fuit hæc, quia in eo loco Rempub. inſtituere, ac ordinare intendebat; ſimiliter, & eos, qui Reipub. præeſſe deberent. cognoſcens autem iuuenes naturaliter maximè procaces eſſe,

ac petulantes, ideò prohibuit in Repub. à se ipso instituta; quin iuuenes addiscerent illam facultatem, per quam augere possent eorum petulantiam, ac procacitatem. Iussit verò Mathematicis disciplinis primò erudiri, vt eos ab ocio remoueret, cognoscens Mathematicas disciplinas Reipub. nec obesse, nec prodesse: Tum etiam, quia cognitionẽ altissimarum rerum inuolucris Mathematicus tegebat; ob quas caussas pro foribus scriptum habuisse fertur NEMO HVC *accedat, sine Geometria. Vltimum argumentũ est soluendum, quo Stoici conuincuntur Logicam non esse partem Philosophiæ, quia ea ablata, adhuc remanet Philosophia; quod si rectè consideretur, nil aliud concludit, nisi quòd Philosophia potest esse sine logica: at quòd possit sine logica addisci, hoc nullo pacto probat, & hæc de vtilitate logices, ac eius necessitate sufficiant dicta; sequitur de eius diuisione, de qua in sequenti.*

LEC.

LEC. XIIII.

Pro pleniore, ac vberiore Logices cognitione quatuor à nobis capita proposita fuerunt explicanda; primum erat de vtilitate, ac necessitate, quod caput in duas distribuebatur partes, nimirum in vtilitatem, ac necessitatem logices, quas ambas explicauimus. Sequitur modo secundum propositorum, quod erat de diuisione totius logices in communi sumptæ, quatenus comprehendit libros Top. & Elenc. In quo variæ fuerunt Philosophorum sententiæ; quarum ego nonnullas, & præcipuas maximè recensebo; & demum afferam eam, quæ magis ad mentem Arist. accedere videtur.

De diuisione Logices.

Latinorum nonnulli hoc modo diuidunt Logicam, seu Dialecticam, nempè in Dialecticam, Rhetoricam, & Grammaticam: Quæ diuisio ex varietate medij dependet. sicut enim Philosophia in communi sumpta penes variationem medij abstracti in tres secatur partes. nam si medium sit penitus abstractum à materia, constituitur prima Philosophia: si penitus materiæ immersũ est Philosophia Naturalis: si partim immersum

Prima Logices diuisio data à Latinis.

immerſum materia, & partim abſtractũ, eſt Mathematica facultas. Similiter dicunt ipſi Logicam ex variatione medij in tres eſſe diuiſam partes: vel enim procedit ex orationibus neceſſarijs, & probabilibus; ſicquè eſt logica propriè dicta, vel procedit ex orationibus ſuaſiuis, & eſt Rhethorica: vel procedit ex orationibus delectationẽ efficiẽtibus, ſicquè eſt Grãmatica, & Poetica. Cõfutatio.
Qui modus diuidẽdi quã leuis ſit vnicuiq; poteſt eſſe euidens; cũ non deſtinguant Logicam à Rhetorica qua procedit ex probabilibus, ſicut, & ipſa Logica, ſeu Dialectica, ſic dicta, vt patet ex eorũ dictis. Et ſi quis dixerit, ipſi aſſerunt logicam ex neceſſarijs etiam procedere; ideò diſtinguetur à Rhet. qua tantum ex probabilibus. Contra, quia etiam Rhet. immò, & Grammatica procedunt ex neceſſarijs, ſicut ipſa Logica; quod probo, ſicut enim logica ex neceſſarijs pendet, quia modo ſcientifico traditur. Sic quoquè Rhet. & Grammatica ex neceſſarijs conſtabunt, cum ambæ ſcientificè incedant. Inſuper iſti deficiunt, cum accipiant Logicam pro qualibet facultate, de oratione

per-

pertractante, quod significatum in primis lectionibus exclusimus à præsenti consideratione; diximusq́; sermonem nostrum esse de Logica sumpta pro facultate docente modos arguendi, & quæ ipsis coordinantur; similiter, & de logica sumpta pro facultate docente naturam demonstrationis, & sibi deseruientia. Quod fortasse quidam alij ex Latinis animaduertentes, diuiserunt adhuc in tres partes logicam propriè sumptam, nempè in partem, quæ agit de rationibus ex necessarijs propositionibus constātibus, & in eam, quæ ex probabilibus, ac in eam, quæ ex apparentibus probabilibus. Qui modus diuidendi, cum sit mancus, et diminutus est omittendus: iste enim modus non comprehēdit eam Logices partem, quæ docet ea, quæ simplici apprehenduntur apprehensione ab intellectu, quæ talia docentur in libro Prædicam. & in libro Prædicab. Porph. omittit etiam iste modus aliam Logices partem quæ tractat ea, quæ in compositione vel diuisione consistunt; quæ habentur ex libro Perther. Ideò quibusdam alijs, quibus adhæret Burleus in

Secundus diuidendi modus Latinorū.

Cōfutatio.

Tertius diuidēdi modus Burlei.

Prædi-

Prædicab. placuit eam diuidere in duas partes, in Logicam veterem, & in Logicam nouam. Logicam veterem illam partem appellarunt, quæ continet librum Prædicament. & librum Periher. omitto nunc librum Prædicab. cum illius author non fuerit Ariſt. benè & ipſe continetur ſub hac parte. nunc autem eſt ſermo tantum de libris Ariſtotelis. Logicã verò nouã vocãt eã partem, quæ reliquos continet libros. Ratio huius diuiſionis fuit hæc, quia enim prima pars agit de partibus remotis ſyllogiſmi: ſecunda verò de eiuſdem partibus proximis, ideò hanc dixere nouam, illam verò veterem. Quæ diuiſio non eſt approbanda, cũ nec græcis expoſitoribus, nec ipſi Ariſt. adhæreat. Nunquã enim reperietur Ariſt. vel græcos expoſitores aliquam facultatem in veterem, ac nouam ſecaſſe; ob quã etiã cauſſam ratio ſic dicentium ſatis frigida videtur; & eo magis, cum ſic dicentes non declarent in qua logices parte Ariſt. egerit de partibus ſyllogiſmi proximis. Qua fortaſſe de cauſſa Braſaula inſequutus hunc diuidendi modum aliam huius diuiſionis

confutatio

Quartus diuidẽdi modus Braſ.

aſsignauit

aſsignauit rationem; dixitquè primam logices partem vocatam fuiſſe veterem: quia nedum ab Ariſt. illa fuit conſcripta, ſed etiam ab antiquis fuit explicata: aliam verò partem vocauit nouam: quia eius author fuit Ariſt. qui eam adinuenit, ac perfecit. Qui ſic dicens non eſt audiendus, ob rationem primam contra prædictam opinionem adductam: non enim græci expoſitores, nec Ariſt. ipſe vnquàm aliquod habuerunt verbum de tali diuiſione. Inſuper Cicero in principio ſuæ Top. ac Boetius ibidem huic ſic dicenti contradicunt: aſſerunt enim Stoicos, quā maximè delectatos fuiſſe arte dijudicandi, quæ ars, cum contineatur ſub libris Analiticis, non ergo erit aſſerendum Ariſt. hanc partem ſolum conſcripſiſſe, ſed, quod peius eſt, ipſe Braſaula videtur repugnare Ariſt. in fine 2. Elen. aſſerenti ſe fuiſſe inuentorem totius logices; eamquè perfeciſſe; quod etiam approbauit Auerroes in fine proœmij primi Phyſ. quomodo ergo ipſe audet dicere Ariſt. tantum ſecundæ partis fuiſſe inuentorem? Ideò Cicero initio ſuæ Top. & Boetius ipſum

Cōfutatio.

Diuiſio Logices ſecun

ſum ibidem inſequutus, ac nonnulli alij Latinorum dixere logicam in duas ſecari partes, In Inuentiuam nempè, & Iudicatiuam; aſſerereque libros Elenc. reponendos eſſe ſub parte inuentiua; cum ij libri ſint veluti quædam obliquitas, ſeu defectus ipſius inuentionis. Quæ diuiſio adhuc non erit approbanda, cum non contineat librum Periher. nec librum Prædicam. licèt autem liber Perhier. poſſit quoquo pacto reduci ad partem iudicatiuam, cum talis liber aliquo pacto tractet de iudicio, nullo tamen modo liber Prædicam. nec lib. Prædicab. qui ei adminiculatur, ſub tali parte poterunt reuocari. Quare hic diuidendi modus erit diminutus. His ergo omiſſis diuiſionibus altero duorum modorum logicam diuidemus, vel ſecundum D. Thomam. 1. Poſt. qui eam in tres diſtribuit partes, iuxtà tres intellectus noſtri operationes; quarum prima eſt ſimplicium terminorum apprahenſio, ſecunda eſt eorumdem compoſitio, & diuiſio, tertia eſt ipſe diſcurſus: primæ operationi intellectus deſeruit prima logices pars: ipſi ſecundæ ſecunda: tertiæ verò

dum Cic. & Boet.

Cõfutatio.

Determinatio, & vera Logices diuiſio, ſecundũ D. Thomam.

verò operationi tertia pars conuenit: quæ diuisio est recta, cum à fine logices sit desumpta, quæ non ob aliud fuit inuēta, nisi doceret instrumenta, quibus intellectus dirigitur in suis operibus: cū etiam cōtineat, ac complectatur omnia in logica considerata; singulisq; eius partibus accommodetur. quod manifestatur, prima namquè pars cōtinetur sub libro Prædicab. & sub libro. Prædicam. cuius ratio est, quia in nostra simplici apprahensione, quæ fit per primam intellectus operationem, cui hæc prima pars logices inseruit, duo sunt, primò adest id quòd appræhenditur; secundò reperitur modus, quo illud tale apprahenditur; id quod apprahenditur distribuitur in decem prædicamenta, modus verò quo illud tale appræhēditur, aut est quo illud est genus, aut quo illud est species, aut quo illud est differētia, vel proprium, vel accidens. Præterea illud, quod apprahenditur est tanquàm materia: modus verò appræhēdēdi gerit vicē formæ: at sicut forma est prior ipsa materia, sic modus apprahēdēdi, qui gerit vicē formæ erit prior eo quod apprahenditur, quod gerit

vicem

vicẽ materiæ; ex quibus duobus constituuntur omnia vniuersalia Ideò nõ immeritò prima pars logices ambit, et cõtinet duos prædictos libros; ita ut tractatio Prædicab. & Prædicam. quã maximè ipsi logico ẽ necessaria. cuius oppositũ voluerũt nõnulli recentiores; Io. Gand. i. Phys. quæst. 5. dixit librũ Prædicab. nullo modo ipsi logico esse necessarium, asseruitquè male fuisse introductum, vt in scholis philosophorum talis liber primo loco legatur; cum nihil ad logicum conferat, sed exordiendum à libro Prædicam. diiudicauit. Qui quàm perperam sit loquutus iam est manifestum: præter hoc enim quòd ipsi Porphirio repugnat, qui totum oppositum in suis primis verbis docuit, ac omnibus etiã expositoribus, qui ipsum Porph. commentantur, refregetur, contradicit etiam ipsi rationi; et recto naturæ ordini ratio enim & rectus naturæ ordo docent, quòd nostra appræhensio duobus sit alligata, nempe ei quòd appræhenditur, ac modo appræhendendi, quæ nostra appræhensio cum à logica debeat informari, necessario ergo logica duas partes habere debet. modo appræhendendi

An liber Prædicab. & prædica. pertineant ad logicam

Opinio Io. Gand.

Cõfutatio.

deſeruit liber Prædicab. ei verò quod appræhēditur liber Prædicam. prima ergo logices pars his duobus libris erit cōpræhēſa. Qua etiam ratione manifeſtatur alter error nonnullorum recentiorum aſſerentium librum Prædicam. non eſſe logices partem. Qui ſic dicentes quàm maximè decipiuntur: præter hoc enim quòd omnibus Græcis refragantur, aduerſantur etiam rationi, ac recto ordini naturæ, qui inſtituit noſtrā apprahenſionem duobus contineri, eo. ſ. quod appræhenditur, & modo appræhendendi, ſicut dictum nunc fuit. Sed ad propoſitum redeo, declarando diuiſionē datam ſingulis logices partibus accomodari, omniaquè in logica conſiderata continere. De prima parte iam ſit declaratum. Sequitur ſecunda pars logices deſeruiens ſecundæ intellectus operationi, quæ componit, ac diuidit, in qua compoſitione, & diuiſione veritas, & falſitas reperitur, quæ pars ſub lib. Periher. eſt contenta, vbi agitur de oratione enunciatiua, quæ principaliter veritatem, vel falſitatē ſignificat, quæ reſultat ex his quæ habita ſunt in parte prima logices, ab illis

Alia opinio quorumdā recētiorum reijcitur.

quæ

què conſtituitur. Tertia verò pars logices, quæ tertiæ intellectus operationi, ipſi videlicet diſcurſui correſpondet, reliquos logices libros continet. Cuius ratio eſt, quia ſicut diſcurſus duo dicit materiam nempè, & formam ſic quoquè hæc tertia pars hæc duo debet explicare; formam diſcurſus in duobus libris Priorum explicat, materiam eiuſdem in ſubſequentibus docet; quæ ſi erit neceſſaria de ea in libris Poſt. agitur: ſi probabilis habetur in lib. Top. ſi falſa apparẽs tamen vera, in libris Elenc. pertractatur. Verum tamen eſt quòd ſi propriè loqui volumus, erit aſſerendum tertiam partẽ ſub lib. Elenc. comprahenſam propriè non eſſe partem logices; cuius ratio eſt, quia illa eſt obliquitas, ſeu defectus materiæ: tum neceſſariæ, tum probabilis; ob quàm cauſſã tales libri ad lgicam pertinent, vltimumq́ obtinent locum, cum de defectu, ac priuatione vtriuſquè materiæ tàm neceſſariæ, quã probabilis pertractent: immò etiam de defectu, ac priuatione ipſius formæ in libris Priorum pertractatæ; & hæc eſt diuiſio D. Thomæ, quæ eſt recta, cũ omnia in logica de

clarata amplectatur, ſingulisq́; eius partibus accomodetur, ſecundum quòd debet dirigere intellectus opera. Quam diuiſionẽ etiam comprobarũt Arabes, vt Auicenna, Algazel, & Auer. in Epit. logices; licet ſub alijs verbis. qui dixere logicam partiri in duas partes, quarum altera eſt, quæ de incomplexis agit, altera de complexis; primam partem de incomplexis primæ operationi intellectus deſeruire dixerunt: alterã verò, quæ eſt de complexis, duabus alijs intellectus operationibus accommodari aſſeruere; & huic diuiſioni ſubſcripſit etiam Albert. Magnus in Prædicab. Quæ diuiſio, cum ſit ſumpta penes intellectus opera, & diuiſioni ipſius D. Thomæ facillimè poſsit accommodari, erit approbanda. Alio tamen modo logica à Græcis expoſitoribus partita fuit; et rectè quidẽ, qui modus diuidendi talis eſt, Logica vel tractat de ſyllogiſmo, vel de ijs quæ ſyllogiſmo coordinantur quam quidem partẽ in duas partiuntur: in altera quarum agitur de his, quæ remotè ad ſyllogiſmos diriguntur, quæ pars ſub libro Prædicam. & quinquè vocum eſt contenta:

Diuiſio logices ſecundum Auerroem.

Alia logices diuiſio ex græcis.

tenta: in alterá verò pertractantur ea, quæ proximè ſyllogiſmis coordinantur, quam liber Periher. amplectitur; & hæc ſecunda pars in duas diuiſa partes vnico nomine vocatur à Græcis, nempè pars de principijs: prima verò pars, quæ agit de ſyllogiſmis ab eiſdem dicta eſt pars de principiatis, quam in duas diuidunt partes, quarum altera agit de ſyllogiſmo in communi ſumpto à qualibet materia particulari abſtracto; & hæc ſub libris Priorum continetur: in altera pertractatur de eiuſdem ſpeciebus, quæ in tribus diſtributa eſt partibus: vel enim eſt de ſpecie ſyllogiſmi, quæ ex neceſſarijs conſtat; & de hac in libris Poſt. vel eſt de ſyllogiſmo, qui componitur ex probabilibus, de quo in libro Top. vel tractat de illa ſpecie ſyllogiſmi, quæ ex apparentibus fit, quæ in lib. Elenc. docetur. Hæ duæ diuiſiones nunc vltimò explicatæ ſunt cæteris rectiores, quæ ſi rectè conſiderentur, fortaſſè tantum quo ad verba diſcrepabūt, ideò ea quæ adnotauimus in diuiſione D. Thomæ eadem etiam adnotanda erunt in hac diuiſione à Græcis deſū-

 pta

pta, quæ gratia breuitatis omittam. Et hæc de diuisione logices, pro ut est facultas docens modos arguendi, & quæ ipsis coordinantur, sufficiant: sequitur de ordine logices, de quo in sequenti.

LEC. XV.

De ordine logices An logica sit ante alias sciẽcias vł post addiscenda

AGGREDIOR *tertium propositorum, quod erat de ordine ipsius logices quo ad alias facultates, an logica sit ante omnes alias scientias, vel post addiscenda; & hoc ad differentiam ordinis partium ipsius logices, de quo in præsenti non est locus disserendi. Disputaturus autem de ordine ipsius logices quo ad alias facultates, adnotandum est quòd duplex est ordo, alter quo ad nos, alter quo ad naturam; de vtroquè habebimus sermonem. Sed primò de ordine quo ad nos, demum de ordine quo ad naturam. Quæret itaq; aliquis, à qua nam facultate sumendum sit philosophandi initium, seu an logica secundum ordinem quo ad nos sit addiscenda ante omnes alias disciplinas. In cuius quæsiti explicatione, licet*

cet sint varij dicendi modi, inprimis veri tatem proponam, qua habita de facili secus sentientes reijcientur. Dico igitur sen tentiam omnium peripatheticorum fuisse logicam esse cæteris facultatibus anteponẽdam; ita vt in ordine quo ad nos initium Philosophandi à logica est assumendum. Cuius positionis fundamenta, licet ex his, quæ diximus de necessitate logices, possint esse perspicua, prò clariori tamen eius intellectu ea in medium distinctè afferre non grauabor; quorum primum sit; Illa facultas quæ cæteris simpliciter est necessaria, cæteris quoquè est anteponenda: logica est huiusmodi, vt ex ante habitis constat: ergò cæteris est anteponenda, priusquè est addiscenda. Prætereà facultas docens modum sciendi cæteris scientijs est præmittenda: logica est facultas docens modum sciendi: ergo cæteris scientijs est præponenda. Prætereà facultas docens instrumenta, quibus verum à falso in contemplatiuis, et bonum à malo in actiuis secernimus, est prius addiscenda: logica docet huiusmodi instrumenta: ergo est prius addiscenda Propria solutio.

da. argumentum patet, cum minori; maiorem facile est probare: sicut enim in ordine quo ad nos, instrumentum est ante id, cui applicatur, similiter idem est asserendū de facultate docente instrumenta, quòd facultas docens huiusmodi instrumenta, scientijs, quibus applicatur est præmittenda. Vltimò, Ars imitatur naturam; sicut ergo natura primò docuit nos loqui, demū discurrere, ac ratiocinari, & vltimò addiscere scientias; sic quoquè asserendum eundem fore ordinem in facultatibus, quæ docent ea, quæ secundum naturam sunt instituta; facultas ergo, quæ docet loqui, sicuti est Grammatica primò erit addiscenda, demum facultas, quæ docet ratiocinari, vltimò aliæ scientiæ erunt addiscendæ; & hanc sententiam quoquo pacto significauit nobis Arist. 2. Met. tex. 15. quam expressè approbarūt Alb. Mag. super Paraph. D. Thom. 1. Post. lect. 1. ac super Boet. de Trint. Opusculo. 70. quæst. prima art. 1. eamquè approbant cœteri Peripathetici, sicuti ex his quæ docuimus explicando logices necessitatem facilè colligi potest.

test. quare in his disciplinis talis erit ordo. Prius erit addiscenda facultas rationalis, quæ comprahendit Grammaticam, Logicā, ac Rhætoricam; deinde Philosophia moralis, vltimò Philosophia contemplatiua. Inter rationales autem disciplinas primum locum sibi vendicat Grammatica, demum sequitur Logica, vt constat ex vltimo argumento adducto, demum Rhetorica subsequetur. Præpono autē Logicam ipsi Rhetoricæ; licet aliqui oppositum senserint, nempè Rhetoricam esse prius aadiscendam, logica; & hoc, quia maiorem habet Rhetorica affinitatem cum Grammatica, quam cum Logica, quod fortasse ob hanc rationem potest concedi. Ego autem oppositum sentio propter vtilitátem maximam, quam Logica ipsi Rhetoricæ affert; ideò dixi Logicam ipsi Rhetoricæ esse præponendam. Post verò has rationales facultates sequetur moralis philosophia, & ratio est quia rationalis facultas docet locos, qui præcipuè applicantur quibuslibet facultatibus: tū, quia hæc ciuilis facultas facilior ē sciētiis speculatiuis, & præcipuè Metaphisica,

&

& naturali philoſophia, à facilioribusq́; sẽper in ordine quo ad nos eſt exordiendum; Nec eſt quòd quis obijciat Mathematicam ſcientiã, quæ eſt ſcientia contẽplatiua, faciliorem eſſe ipſa philoſophia ciuili: quia cũ Mathematica facultas inter ſcientias contemplatiuas reponatur; ideò cum alijs ſciẽtijs contemplatiuis erit addiſcenda; tũ quia magis rationi cõſonum eſt, animum noſtrũ purum, ac virtutibus ornatum prius reddere, quàm ad ſcientias capeſſendas accedat, iuxta dictum Sapientis. In anima maleuoli non intrabit ſapientia. Quæ ciuilis facultas in tres eſt diuiſa partes; in altera quarum tractantur virtutes; quibus hominem ſe ipſum inſtruere debet, quam docuit Ariſt. in lib. Ethic. In altera tractatur modus quo domus eſt regenda, quæ ſub lib. Oeconom. continetur. In vltima docet modum, quo ciuitas eſt inſtruenda, quæ in lib. Polit. habetur. Cum autem ex omniũ ſententia neceſſarium ſit prius ſe ipſum regere, quàm alios, hinc eſt lib. Ethic. primũ locum obtinere; cumquè facilius ſit paucos quã multos regere; ideò lib. Oeconomic. ſecundus

cundus

cundus datur locus, quos demum ſequentur libri Politicorum. poſt quam ciuilem facultatem vltimò philoſophia cōtemplatiua erit addiſcenda, quæ in tres partes ab Ariſt. 6. Met. eſt diſtributa.ſ. in Metaphyſicam, Naturalē, ac Mathem. de quarum ordine nunc non habeo ſermonem, cum iam à nobis talis ordo, & quo ad nos, & quo ad naturam, ſit declaratus in Lectionibus additis ſuper proœmio Librorum de Phyſico Auditu. Et hæc de ordine quo ad nos ipſius logices in reſpectu ad alias facultates dicta ſint. Quæ determinatio dilucidior reddetur confutando aliorum opiniones, ac eorum rationibus faciendo ſatis. Fuerunt quidam, vt Boetus, & Sidonius, qui vt referunt Ammon. & Simpl. in ſui præfatione ad Librorum Prædicam: voluere initium philoſophandi aſſumēdum eſſe à Naturali philoſophia, vt potè à faciliori, & nobis magis noto, cum ſemper à nobis manifeſtoribus ſit incipiendum: Cui oppinioni obſtant rationes, & auctoritates adductæ; ideo nō erit inſequenda; Nec eorum fundamētum eſt alicuius roboris, quia non ſemper à facilio-

Opinio Boeti, & Sidonij, ac cōfutatio.

ciliorib9 nobisquè magis notis eſt exordiē dum: ſtat enim aliquando, quòd id quod eſt magis difficile ex ſui natura præmittatur ipſi faciliori, à quò difficiliori tunc erit inchoandũ. Placuit itaquè quibuſdã alijs, vt Diogeni Appoloniati prout referunt Ammon. atquè Simpl. loco nunc præallegato moralē philoſophiam eſſe pius addiſcendam; demum logicam ſequi voluerunt; vltimò ſcientiam contemplatiuam, hac ratione moti, habiturus rerum cognitionē debet habere animũ tranquillum, ab omnibuſquè ꝑturbationibus quietũ: cuius ratio eſt, quia perturbationes maximum ipſi animo afferunt impedimentum in appræhendendis ſcientijs: animus autem quietus eſſe non poteſt, niſi per virtutes morales, quas ex philoſophia morali conſequimur. ergo philoſophia moralis erit primò addiſcenda. Quæ opinio præter hoc quòd reijcitur rationibus, & auctoritatibus iam adductis, confutatur etiam, cum repugnet rationi, & Ariſt. rationi quidem, quia philoſophia moralis, vel eſt certis rationibus cōpræhenſa, vel non; ſi primum, eget ergo logica: immò

Secũda opinio Diog. Appol. ac eius confutatio.

immò abſquè logica addiſci minimè poteſt: ſi verò certis rationibus non eſt comprahẽſa, tunc erit facultas vulgaris, quæ de facili à parentibus nempè a patre, & matre percipi poterit, & à pedagogis; & hac ratione probauit Simpl. loco præallegato philoſophiam moralem ab Ariſt. traditam absq́; logica non poſſe conſequi: inſtitutiones verò, ac præceptiones illæ adhortatoriæ à Pitaghoreis traditæ cum abſquè demonſtrationibus habeantur faciliter poterunt addiſci domi, ſi à parentibus erunt traditæ, rectéq́; ab eiſdem inchoabitur; Quo etiam Simpl. argumento reſpondetur rationi iſtius opinionis; Repugnat tādē hæc opinio ipſi Ariſt. qui 6. Ethic. cap. 9. reÿcit iuuenes à morali philoſophia tū quia ſunt inexpertes, tum quia habent animum paſſionibus æſtuantē; quæ duo impediunt animos iuuenum, quo minus conſequantur moralem philoſophiam, cum philoſophia moralis ſit vt agamus, non vt ſciamus; ideò loco nunc præallegato dicebat Ariſt. Iuuenes mathematicos eſſe poſſe, morales verò, & naturales philoſophos nequaquam;

ratio

ratio erat, quia hæ duæ facultates in experimentis ſunt poſitæ, quæ experimenta longitudine temporis habentur, qua longitudine carent iuuenes. Ob quam fortaſſe cauſſam Plato aliter ſenſit, qui 7. de Repub. inſtituens hominem philoſophum, vltimo loco dixit addiſcendam eſſe logicam: initium verò philoſophandi eſſe à mathematicis diſciplinis aſſumendum, quas mathematicas diſciplinas ipſe uocauit proòe uias, ac priores inſtitutiones, & huic opinioni fauet etiam ratio: Mathematicæ enim diſciplinæ accuunt maximè ingenia; ideo erunt cæteris præmittendæ. Quæ Platonis ſententia non erit approbanda, cum rationibus, & auctoritatibus praaductis obſtet; etiam quia cum mathematicæ diſciplinæ ſint veræ ſcientiæ, ac ſcientificè addiſcendæ, de neceßitate ergo ipſa egebunt logica. Nec mirum eſſe debet ſi Plato aſſeruit mathematicas diſciplinas primò addiſcendas, & eſſe propè vias: Hæc quidem multis de cauſis aſſeruit: cum enim hæ mathematicæ diſciplinæ minus egeant ipſa logica quā aliæ ſcientiæ, ſicut ſuprà in de vtilitate logices

Tertia opinio Platonis, ac eius cõfutatio.

gices

gices habitum fuit, ſed ipſa logica natura li contentæ ſint, cumquè ipſa demonſtratio maximè ex ipſis demonſtrationibus mathematicis manifeſtetur. ita vt modus cõficiendarum demonſtrationum ex illis facillimè poſſit addiſci; ideo talem protulit ſententiam. Inſuper quia tempore ſuo diſciplinæ mathematicæ maximè vigebant, logica autem ferè tacebat; Etiam quia plurimum illis oblectabatur, adeò quòd in Thimæo de animorum procreatione differens, de Elementis, de Deo, & de alijs, ſemper exemplis mathematicis vſus eſt; & hoc colligitur ex teſtimonio Procli qui lib. 1. ſuper Euclid. cap. 8. vbi agit de vtilitate mathematices, dixit, quòd ea quæ ſcripta ſunt à Platone, & præſertim in Thimæo minimè nos aſſequi poſſe abſquè cognitione mathematicarum diſciplinarũ; Quod etiã confirmatur ex ſententia Io. Gramm. 1. Poſt. com. 36. vbi declarans quid ſit duplare cubum, de quo cubo fecit mentionem Ariſt. in tex. recitat hiſtoriam. Delijs peſte laborantibus conſultum fuiſſe oraculũ Apollinis quo modo peſtis illa ceſſaret. Reſpon-

ſpondit oraculum, ſi aram cubam duplam extruerent; ideò ipſi primæ aræ, aliam addiderunt aram, ob hoc tamen pēſtis nō ceſſabat; iterum conſuluerunt Apollinē, qui reſpondit eos non impleuiſſe iuſſa; quia, licet addiderint cubum cubo, ob hoc tamen non conſtituerunt figuram cubicam duplā, ſicut oraculum poſtulabat; ideo acceſſerunt ad Platonē ipſum conſulentes qua via cubum duplarent; tunc reſpondit Plato, Deū voluiſſe illos criminari ob id quòd mathematicas diſciplinas negligebant; ideo illos docuit modum duplandi cubum, qui erat, ſi duarum linearum rectarum duæ mediæ proportionaliter inueniantur, quod problema ſuis tradidit diſcipulis de quo vnuſquisq; ex ingenio ſcripſit; ex quibus colligitur quantum Plato affectus eſſet erga mathematicas diſciplinas. Quod etiam ſcriptū reliquit Cardinalis Beſſarion lib. 1. contra calumniatores Platonis cap. 8. & hæc de ordine quo ad nos ipſius logices quo ad alias facultates dicta ſint. In ordine verò ſecundum naturam talem inter has facultates ſtatuerem ordinem, primum locum

condo-

cȯndonarem philoſophiæ contemplatiuæ: ſecundum ipſi morali: vltimum rationali facultati; & id quod mouet me ad hoc aſſerendum eſt auctoritas Simplicij, & Them. in Proœmio primi Phyſ. inſuper accedit ratio, quæ eſt quòd ex philoſophia naturali oriuntur virtutes morales teſte Them. ac Simpl. locis nunc præcitatis; quod etiam confirmauit Auer. in proœmio de Phyſico auditu, ac primo de Anima com. 2. quare philoſophia cōtemplatiua moralē præcedet: Præcedet quoq; rationalē facultatē, cum rationalis facultas non ob aliud adinuenta fuerit, niſi gratia ſcientiæ contemplatiuæ, & in hoc omnes vnanimiter conſpirant. Secundum locum philoſophiæ morali aſcripſi, eo quia licet inter eam, & rationalem facultatem non ſit ordo eſſentialis, quia tamen moralis philoſophia eſt præſtantior rationali facultate, ideo eā præpono. Inter partes verò rationalis facultatis, quæ ſunt tres Grāmatica Rhetorica, & Logica hunc ordinē aſſignarē, Logicā cæteris duabus anteponerem, cū ipſa illis ſit perfectior: perfectior enim ipſa eſt, quàm ſit Rhetorica: cum

O Logi-

Logica agat de ſyllogiſmo, qui Enthimemate eſt præſtantior, de quo tractat Rhetorica, quæ demum ipſi ſubſequetur; vltimo loco erit Grammatica. Et hac de ordine quo ad naturam inter has facultates dicta ſint. Sed ſtatim quis obijciet dicetquè nos perperam laboraſſe in aſsignando ordinem inter has facultates, cum inter illas nullus poßit aſsignari ordo; cuius ratio eſt, quia ordo eſt rerum ſenſibilium propria natura, vt ſcriptis tradidit Ariſt. 3. Cæli tex. 23. nullo ergo modo poterit inter has facultates aſſignari ordo. Qui ſic obijciens animaduertat aliũ reperiri ordinẽ rebus intelligibilibus conueniẽtem de quo in præſenti loquuti ſumus. Sequitur de nomine auctoris, de quo in ſequenti.

LEC. XVI.

De nomine auctoris an Ariſt. fuerit eius auctor

DEBITVM *imponentes finem iſtis proludijs logicalibus, vltimum propoſitorum ſe offert à nobis perpendendum, quod eſt de nomine auctoris, in quo quæritur an Ariſt. fuerit auctor logices, quam nunc ferè omnes profitentur, & nos quoquè profiteri in*

ri intendimus; In isto quæsito quid sit asserendum primò asseram, asserendo quoquè fundamenta, quibus moti illud tale pronũciamus, demum rationes quæ determinationi nostræ obstare videntur è medio tollere conabor. Dico itaquè auctorem istius logices, quam profiteri intendimus, fuisse Aristotelem Stagyritam Nichomachi filiũ, discipulumquè Platonis, quem ipse Plato summis laudibus consueuit extollere; qui si quandoq; Lectioni defuisset, intellectum abesse asserebat, innuens solum Aristotelem suorum verborum sententiam aptum fuisse consequi. Qui etiam à D. Hieronymo vocatus fuit miraculum grande in natura, omnibusquè hominibus, qui in hoc mũdo fuere perfectiorem extitisse asseruit. Omitto Auerroem nec non & Philippum Macedonem qui maximo affectus fuit gaudio de ipso Aristotele, qui voluit etiam ipsum filij sui Alexandri præceptorem fuisse, taceo inquam istos, & alios multos, qui summis laudibus Aristotelem extollerunt, quia hanc modo prouinciam non sumpsi ut de eius laudibus agam: Sed vt demonstrem

ipſum iſtius logices, quam profiteri intẽdi mus fuiſſe auctorem; quod probo primò au ctoritate omnium Græcorum, & præcipuè Alex. Aphrod. Prophirij. Io. Gram. Ammonij, ac Simplicij, qui vnanimiter hoc aſſeruerunt. Nec eſt quòd quis dicat græcis his expoſitoribus fidem non eſſe adhibẽdam, vt dixit Marius Nizolius, vt potè cum per multum temporis ſpacium poſt Ariſtotelem fuerint, idcirco obſeruare non potuerint an tales logices libri fuerint Ari ſtotelis; Iſti inquam ſic dicentes non ſunt audiendi, quia etiam ſi diu poſt Ariſtotelem fuerint, ita tamen philoſophiam adepti ſunt, ac ſi per manus ipſius met Ariſto telis eam habuiſſent; ita vt hos libros Ariſtotelis fuiſſe rectè obſeruare potuerint. Quod etiam confirmari poteſt ex Themiſtio, & Simplicio in proœmio primi Phyſ. qui referũt illã epiſtolam Ariſtoteli ab Alexand. conſcriptam, in qua conquerebatur de ipſo quòd libros illos Phyſ. edidiſſet; qui etiam notant reſpõſum ab Ariſt. ipſi Alex. datum; adeo vt ſi hæc obſeruarunt, & opera etiam huiuſmodi obſeruare potuerunt;

quod etiam confirmatur ex Them. i. de Anima tex. 25. referente Empedoclis carmina: quod etiam Simplicius pluries fecit, qui Empedocles per multum temporis ſpacium præceſsit Ariſtotelem. Si ergo hæc viderũt: multo magis opera Ariſtotelis obſeruare potuerunt. Prætereà multa ex Theophraſto habemus, qui fuit Ariſtotelis diſcipulus, vt de miſtione ſyllogiſmorum, quæ omnia in libris Priorum habentur, quæ tanquàm, ab Ariſt. dicta ipſe teſtatur. Sed quid plura? cum ipſe met Ariſt. pleriſquè in locis, & præcipuè 6. Ethic. hos notet libros, quorum librorum ſi auctor extitit, ergo & horum logices librorum auctorem extitiſſe erit affirmandum. Sed vt hæc determinatio dilucidior reddatur, ſoluendæ ſunt rationes, quæ oppoſitum videntur perſuadere. Dicunt iſti, ſi logices auctor fuiſſet Ariſtoteles, non dubitaſſent græci expoſitores in initio vnicuiuſque libri an talis liber eſſet Ariſtotelis proprius. Dico non perperã Græcos de hoc dubitaſſe, eo quia multi fuerunt editi libri ſub nomine Ariſt. vt ergo demonſtrarẽt tales libros Ariſt. genui-

nos esse de hoc dubitarunt. Et licet aliqui ex Græcis, vt Iamblicus dixerit librum Prædicam. non esse Arist. sed Architæ Tharentini, hi non sunt audiendi, cum illius fuerint opinionis. Similiter non erit audiendus Andronicus Rhodius, qui negauit librum de Interpratat. esse Arist. propriũ. Insuper arguunt auctoritate Ciceronis, qui in principio suæ Topices dixit, se velle Aristotelẽ imitari, eaquè demum, quæ ex Cic. habentur valde esse dissimilia ab his, quæ tradit Aristoteles, in suis Topicis, esse dicunt. Isti sic dicentes, quàm valde deficiunt: falsum enim est quòd ea quæ tradit Cic. in suis Topicis sint dissimilia ab his, quæ Arist. in suis lib. Top. scribit; & si in his aliqua reperiatur diuersitas, attendere debent, solum eam esse in verbis, minime autem in sensu: immò in sensu quàm valde conueniunt. Insuper dicunt, Ciceronem dixisse se more dialogi velle scribere, quo scribendi modo vsus est Arist. nullus tamẽ logices liber habetur tali modo conscriptus ab Arist. Respondendum erit cum Ammonio in præfatione lib. Prædicam. ac cum

Simpl.

Simpl. ibidem, aliquos libros Aristotelem sic scripsisse, quos tamen desideramus; illos què tantum habemus libros, qui more dialogi scripti non fuerunt. Vltimò adhuc arguunt auctoritate Cic. qui 2. de Natura Deorum dixit ex Arist. sententia animalia in igne generari: cuius totum oppositum docet Arist. 4. Metheo. modo, cum absurdum sit affirmare Arist. sibi esse contrarium: aut ergo liber ille, in quo talem protulit sententiam non erit Arist. quem tamen eiusdē esse affirmat Cicero, aut quartus ille liber Aristoteli non erit ascribendus, quod etiam dictu falsum est. Dicendum est vtriusquè illorum auctorem fuisse Arist. qui demum si sibi contrarius videatur, sciendū est Aristotelem in libro illo à Cic. citato loquutū fuisse ex opinione aliorum, in 4. verò Metheo. ex mente propria; & hoc alicui non debet esse molestum; cum hic sit Arist. mos, nempè in locis, in quibus ex proposito de aliqua re desserere non est sibi animus, loqui secundum alios; sicut testantur graci expositores pluribus in locis. Et hæc de nomine auctoris dicta sufficiant, ac de tota Logica

ſumpta videlicet prò facultate docènte ipſam demonſtrationem, & ea quæ demonſtrationi deſeruiunt: ſimiliter, & de logica ſumpta in communi, prò ut compræhendit etiã Dialecticã facultatẽ, quo ſumpta modo erat habitus docẽs modos arguẽdi.

Reliquum modo eſt, vt diſſeramus de Dialectica propriè ſumpta, quæ eſt facultas ſub lib. Top. tantum compræhenſa; & declaremus quid ipſa ſit, quid ſit eius proprium ſubiectum, ex quo illùd manifeſtabitur quæſitum, An Dialectica ſit determinati, vel indeterminati generis. Declaraturus quid ſit Dialectica, nòn recedã ab Ariſt. in proœmio. i. Top. nec ab Alex. ibidem, dicamquè quòd Dialectica eſt methodus ſyllogiſtica per opinabilia procedẽs de omni propoſito problemate, qua mediante verum à falſo in ſcientijs contemplatiuis ſecernere valemus. addam, & bonum à malo in actiuis. Quæ deſcriptio erit recta, cum ſubiectum circà quod verſatur, eiusq́ finem complectatur; prima particula, Dialectica eſt Methodus ſyllogiſtica per opinabilia procedens, quæ ſubiectum Dialectices

Quid ſit dialetica.

ces circumſcribit, quod ſubiectum eſt ſyllogiſmus dialecticus, qui ſyllogiſmus dialecticus, cum ad contraria poſsit ſyllogizare, vt ſcribit Ariſt. 1. Rhet. ideo dixi eam de omni propoſito problemate eſſe. Quòd autem ſyllogiſmus dialecticus ſit eius ſubiectum, manifeſtè colligitur ab Ariſt. in principio. 1. Top. qui dixit. Primum igitur dicendum quid eſt ſyllogiſmus, & quæ eius ſint differentiæ, & quomodo ſumatur dialecticus ſyllogiſmus: hunc enim quærimus ſecundũ propoſitum negotium. Ideo locos illos communes prò ut ſyllogiſmo dialectico coordinãtur in illis pertractauit libris, vt clarè poteſt colligi ex vltimis ſuis verbis. 2. Top. dũ dixit. Loci igitur, per quos copioſi erimus argumẽtari ad ſingula problemata, ferè ſufficiẽter enumerati ſunt: Quam eandem sẽtentiam confirmauit. 1. Rhet. cap. 2. dicens, Vt ergo in Topicis, ſic & hic enthymematũ ſpecies, ac loci, ex quibus enthymema ſumendum eſt diſtribuendi ſunt, ac 2. Rhet. cap. 22. conſimilem habuit ſententiam. Ex quibus ſic declaratis, licet colligere contra quoſdam, Dialecticã eſſe determinati generis;

An ſyllogiſmus dialecticus ſit ſubiectũ dialectices.

An dialectica ſit determinati generis, vel indeterminati, & quomodo.

neris: eſt enim de ſyllogiſmo dialectico, ac de locis communibus qui eidem coordinantur, quæ indeterminati generis eſſe dici poterit; quatenus, docet locos illos communes, qui omnibus quatuor problematibus accõmodari poſſunt; nempè problemati de genere, de diffinitione, de proprio, ac de accidente, quæ Ariſt. docet.1. Top. idẽ quoq; de Rhet. erit aſſerendũ. Licet aũt Ariſt.1. Poſt. ac Elen. ac Rhet. dixerit, Dialecticã, ac Rhetoricã nõ eſſe generis determinati, ſciat ille Ariſtotelẽ accepiſſe Dialecticã, ac Rhetoricam prò ut docẽt communes illos locos, qui omnibus applicantur problematibus, quo etiam modo erit dicendum ipſum accepiſſe Dialecticam.4. Met. dum dixit, ipſam verſari circà ens. Nos autem diximus ipſam eſſe determinati generis prò vt explicat ſyllogiſmum dialecticum, ac locos illos communes, qui ſyllogiſmo dialectico coordinantur, quo etiam modo Rhetorica eſt determinati generis; quatenus agit de Enthymemate, docetquè communes locos, qui ei aptantur. Sed ſtatim quis obÿciet. ſi Dialectica, & Rhetorica ob rationem dictam vocantur

cantur generis indeterminati, à ſimili pars reſolutiua, quæ ſub libris Priorum, & Poſt. continetur poterit dici generis indeterminati: cum illa quæ ibi pertractantur pluribus poßint applicari ſcientijs. Dicendũ erit minimè illam poſſe dici generis indeterminati; eo quia ex iſtis libris pauca eliciuntur, quæ poßint alijs ſcientijs applicari, ſeu effici partes aliarũ ſciẽtiarũ; Tũ etiã, quia ibi nõ pertractãtur loci cõmunes, qui omnibus applicantur problematibus: tũ quia nõ docet interrogare. Ob quam etiã rationem Metaphyſica nõ erit dicenda generis indeterminati; licet Ariſt. 4. Met. dixerit circà idem verſari Metaphyſicum. Dial. & Sophiſtam, non enim ipſa Metaph. docet interrogare, nec probabiliter arguere ad vtranque partem, quæ omnia docentur à Dialectica. ſed naturam entis, vt ens verè explicat; Sed adhuc quis dubitabit, ſi Dialectica, et Rhetorica ambæ sũt indeterminati generis, quatenus tractant locos communes, qui omnibus quatuor problematibus applicantur, an æqualiter vtraquè dicantur generis indeterminati? Reſpondendum

An Dialectica, & Rhetorica ęqualiter ſint indeterminati generis.

erit

erit quòd nō, eo quia Dialectica docet locos, qui præcipuè deseruiunt philosophiæ naturali, Medicinæ, Geometriæ, Arithmeticæ, Musicæ, ac Morali philosophiæ: At Rhetorica præcipuè tradit locos, qui morali philosophiæ seu ciuili facultati applicari possunt vt habetur ab Arist. i. Rhet. ac ab Alex. i. Top. qui dixere, eos qui adepti sunt Rhetoricam facultatē arbitrari, se consequutos esse potestatem rei ciuilis; & ideo eam vocabat Dialecticæ propaginem. Ex quibus iam vnicuiquè constabit Dialectices subiectum esse syllogismum dialecticum, vt instrumentum, quo quilibet potest probabiliter verum à falso in contemplatiuis scientijs secernere: in actiuis verò bonum à malo. Sed alicui videbitur, quòd hæc determinatio sit diminuta ob Arist. verba. i. Rhet. dicentis duo esse dialectici instrumenta, syllogismum nempè, & inductionem: nō ergo syllogismus tantum erit eius subiectū: quin imò, & inductio. Admittendum erit instrumenta dialectici esse duo: syllogismum verò dialecticum ob hoc non esse eius subiectum, non erit dicendum, eo quia omnia

ab

ab Ariſt. declarata in libris. Top. declarā-tur, vt quatuor illis problematibus, ac ſyllogiſmo dialectico coordinātur: immò quæ de inductione dicit, ſecundario, ac in ordine ad ſyllogiſmum dialecticum dicit, quare ſyllogiſmus dialecticus ſub ratione dicta, nempè vt inſtrumentum quo in ſcientijs contemplatiuis probabiliter verum à falſo dijudicatur: & in actiuis bonum à malo erit Dialectica ſubiectum. per quem modum conſiderandi manifeſtatur finis Dialectices, qui continebatur ſub vltimis verbis poſitis in eius deſcriptione; quem finem ſignificauit nobis Ariſt. initio.1. Top. dum ponebat eius vtilitatē, dicens, Potētes enim ad vtranquè partem dubitare, de facili in ſingulis verum, & falſum intuebimur; vbi attendendum eſt hunc eſſe finem proprium, & principalē Dialectices ad differentiam finis ipſius ſecundarij, qui eſt, diſputantem ducere in contradictionē, vel ſaltem nihil omittere eorum, quæ poſſunt ipſum ad contradictionem deducere; ſicuti etiam, & ipſius Rhetoris finis eſt non ſolum perſuadere, ſed etiam nihil probabilium omit-

omittere, quæ ad perſuaſionem facere videãtur; vt ab Ariſtotele .i. Top. ac .i. Rhet. habetur. Ex quibus tria colligantur, quorum primum eſt, quàm grauiter errauerit Rodulphus Agric. libro ſecundo ſuæ Dial. cap. 5. qui latenter damnans Ariſtolẽ dixit ipſum non aſsignaſſe finem ipſi Dialecticæ: Sed ſolum aptam diſputationibus eam dixiſſe, cùm iam totum oppoſitum ex mente Ariſt. ſit declaratum; Qui adhuc magis erit damnandus, cum in eodem cap. 5. diffinitionem Dial. à nobis datam, & ipſe amplectatur. Secundum in ordine colligendum eſt, Latinos male diffinire Dialecticam, dum dicunt, Dialectica eſt ars artium, & ſcientia ſcientiarum: Conſtat enim ipſam nec artem, nec ſcientiam eſſe. Vltimum colligendum eſt diffinitionem Dialectices Stoicis aſcriptã, quam Marcus Tullius Cic. in lib. de Finibus approbare videtur non eſſe amplexandam; quæ talis eſt Dialectica eſt quæ diffinit, diuidit, ac verum à falſo ſecernit; hæc inquàm diffinitio non eſt recta, cũ hæc talia ad Dialecticum nequaquàm per ti-

tineant: ſed ad Metaphyſicum, qui res ipſas contemplatur. Dialecticus verò non: ſed tantum inſtrumenta, & locos communes, quibus id præſtare valemus tradit. Et hæc prò notitia Logices, ac Dialectices ſufficienter ſint dicta, ad laudem illius, qui trinus eſt & vnus.

FINIS.



Errata sic Corrigito.

Fol. 4. linea 21. perfecta, lege, imperfecta.
Fol. 4. linea 23. proficitur, lege, perficitur.
Fol. 26. linea 9. lib. lege, secundo.
Fol. 31. linea 1. versarum, lege, veratum.
Fol. 39. linea 12. mminè, lege, minimè.
Fol. 49 linea 4. lectionis quartæ; Extrema, lege, externa.
Fol. 72. linea 14. confirmatum lege, confirmatur.
Fol. 93. linea 8. datur. lege dantur.
Fol. 100. linea 13. signicata, lege, significata.
Fol. 101. linea 9. circæ. lege, circa.
Fol. 158. linea 3. derigitur. lege, dirigitur.
Fol. 202. linea 16. hominem, lege, homo.
Fol. 204. linea 7. oco. lege, loco.